


This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines


Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/



OR 1288


Soc. 2998.1 e. 63/4

ACTA LITERARIA

SOCIETATIS

RHENO-TRAJECTINAE.

TOMUS QUARTUS.






LUGDUNI BATAVORUM
APUD S. & J. LUCHTMANS.
ET
TRAJECTI ad RHENUM
APUD B. WILD & J. ALTHEER.
MDCCCIII.

I N D E X

C A P I T V M

T O M. IV.



CHRI-

CHRISTOPHORI SAXI
SCHOLIA
LITERARIO-CRITICA
IN
LVD. ANT. MURATORII
NOVUM THESAURUM INSCRIPTIONUM.

MISSUS IV.

CCXIX. 4.

Eadem quoque legitur in *Hesselii Appendice Praef.* ad *Gudii Inscr.* Stell. 5. fol. 2. n. LXI. et apud *Richard. Pococke*, in *Inscriptionum Antiquarum Graecarum & Latinarum Libro.* 1752. edito p. 18. Sect. X. n. 2.

— 5. Iure dubitari potest de germana tituli antiquitate. Ipse *Tafurius* e Codice scripto *Bartholomaei Tafurii*, vnius forte de maioribus eius, edidit in Diatribe *de origine, situ, antiquitate oppidi Neritonensis*, quae extat in *Calogerae Opusculis Scientificis et Philolog.* Tom. XI. p. 86. ibi vers. 8. lego BONEF.

CCXX. 2. e Codice Einsiedelensi in *Veter. Analectis*. p. 364. n. 77.

— 3. Quid opus erat repetere eundem titulum supra III. 2. prolatum?

— 4. *Historia Antica e Moderna* in *Vene-*

tia 1698 fol. L. IV. C. X. p. 339. vbi alia lapidis forma. versu 4. scribitur RIBOTES, vnde nescio quod sacerdotum Collegium mirifica coniectura extricare conatus est. Hanc vero vocem *Ioh. Christo. Iselius* investigandam sibi sumsit in Academico *libello de antiquo lapide Tergestino, cum non vno in Romanam antiquitatem Excursu. Basileae* 1711. 4. cuius libelli summulas excerpsit *Ioh. Dan. Schoepflinus* in *Commentationibus Historico Literariis*. p. 435.

— 6. non *Thermis*, sed *D. Mariae de Palatio* s. *de Palati II. Lapide a Thusa*. vid. *Tabulas antiquas Siciliae*, n. 299. p. 654. Tom. VI. *Thesauri Siculi*. ibi non modo aliae punctorum figurae, sed vers. 3. legitur PO. pro P. P.

— 7. Maxima in hoc titulo nominis diversitas est. apud *Gruter*. CCXXVII. 11. C. *Metius* C. F. CELER D. *Celer*. apud Donium, II. 20. Decius Celer Dedicavit. apud nostrum *C. Maecius*.

— 8. I: 146.

CCXXI. 1. in *Cpolses Brevi Notitia ad Septem Asiae Ecclesiae Notitiam*. p. 71. sed meminisse debuerat, corruptiorem hic legi, quam apud *Gruter*. CCXXVIII. 3. 4. *Spon. Itin*. Tom. I. p. m. 175. cum ipsa columnae imagine, & VIII. *Misc. p*. 265. *Chishull*. in *Itinere Turcico*, p. 42. corrupte quoque apud Cornelium de Bruyn, in *Itinere. Orientis*, p. 55. 56. quod non mirandum. Pictor enim fuit excellentis ingenii, sed antiquitatis graecae & latinae minime gnarus. Sic autem lego versu 2. & 3. *Fieri* Curavit L. *Anni-*

nidius L. F. Claudia Fronto. Mirum, *Scaligerum* nomen *L. Annidii* in Indice Gruteriano commutare potuisse in *C. Lannidius.* Vtinam hunc titulum *Seb. Donatus* quoque in *Supplem.* XCVI. 11. aut plane omisisset, aut castigatiorem dedisset.

— 3. prodita iam fuerat in *Cyriaci Anconitani Epigrammatibus*, p. XXIII. n. 154.

— 5. itidem *Cyriaci Epigrammata* exhibent p. XXX. n. 205.

— 7. Neque deest in *Cyriaci Epigrammatibus*, p. XXXVI. n. 236.

— 8. rursus habent edita *Cyriaci*, p. XV. n. 111.

— 9. dudum *Gruteri* literis custodita erat. CCXXXV. 2.

CCXXII. 1. vid. quae *Gorius* in Inscriptionibus *Arretii* ad h. l. annotavit *Inscript. Etruriae*, Part. II. p. 276. f.

— 4. adde: *Fleetwood*, p. 95: 2.

— 5. Depinxit hunc pontis fornicem, ex *Historia Academiae Parisiensis* bonarum artium desumtum, *Montefalco* in *Antiqv. Explanat. Supplemento* Tom. IV. ad L. V. c. 4. p. 99. Tab. 42. titulus ipse recurrit infra MCMXCII. 3. vtrobique male EPOTSOROVIDI PRON. pro EPOSTEROVIDI. vti recte ap. *Gruterum*, quasi Epimethei Pronepos.

CCXXIII. 1. v. *Histor. Marsorum* L. III. c. VIII. p. 198. *Thes. Ital.* Tom. IX. Part. IV.

— 3. dudum vulgaverat *Ioh. Lucius*, Tragurienfis, in *Inscriptionibus Dalmaticis*, p. 32. n. 12. *Thesauri Siculi* Tom. XIV.

— 4. Lapis petrae montis incisus. Non-

eſt typus lapidis *Marſiglianus*, Tom. II. *Danubii*, Part. II. Tab. LIII. n. 2. ad p. 127. ſed a *Blanchinio* ſuppletus.

— 5. e. *Grutero* quoque iam repetierat *Fleetwood*, p. 96. n. 2. Prioris lateris titulum reſtituerat *Noriſius*, *ad Cenotaphia Piſana*, Diſſ. II. c. XV. p. 240. *Theſ. Ital.* Tom. VIII. Part. III. Novo exemplo diſcimus, *Muratorium* iteratam *Gruteri* editionem non conſuluiſſe. ibi enim emendatus eſt titulus, reſpondetque exemplo Auctoris Ariminenſis antiquitatis, (*Antichitá di Rimino*) p. 18. quanquam ibi tota illa Epigraphe duobus abſolvitur verſibus. Minime vero opus erat, eamdem infra rurſus ex *Maffeio* protrudere, MMVI. 1.

— 6. pleniorem iam dedit *Gruter.* CCXXXV. 10.

CCXXIV. 1. Hauſit eam e fonte ſatis turbido *Lucae Itineris Turcici*, Tom. III. p. 35. vbi corruptiſſime legitur. ideoque hic potius *Bimardi* coniecturae occurrunt, quam ipſius tituli verba.

— 2. III. 3.

— 3. *Diar. Italic.* c. 28. n. 18. p. 426. nunc Veronae in Muſeo publico. v. *Breval Remarks on ſeveral Parts of Europe*, Tom. II. p. 113. inprimis *Maffei Muſeum Veronenſe*, XLI. 2.

— 4. aliquo pacto corrupta eſt. quam e ſuperiori tertia facile ſic emendare poterat *Iac. Phil. D'orville* V. C. ad *Charitonem*, p. 416. Γερμανικον καίσαρα τιβερίȣ καίσαρος υἱον θεȣ Σεβαςȣ υἱωνόν ἀπό προγόνων Ευεργέταν Α' πολις.

— 5. *Inſcr. Select.* p. 317. vbi poſt verſ.

5.

5. insertum legitur AVG. Ceterum cupide assentior Muratorio, duo longe diversi temporis titulos hic mixtos esse.

CCXXV. 3. Nesciit, editam esse cum a *Francisc. Martio*, in *Historia Tiburtina*, L. VI. p. 71. T. VIII. Part. II. Thes. Ital. vbi vers. 1. legitur DIVAE DRVSILLAE, tum *Lupo*, in Dissertatione *ad Severae Martyris Epitaphium*, p. 23. nec non *Vulpio*, *Veter. Latii Profani* Tom. X. Part. I. L. XVIII. c. 6. p. 215. et in *Epistola super C. Inscriptiones*, in *Calogerae Raccolta d'Opusc. Scientifici*, Tom. XIX. p. 182. n. 99. Toties igitur cum vulgata esset, quid referebat, eamdem vel a *Muratorio* nostro infra CCCI. 2. vel a *Donato*, in *Supplem.* LIV. 7. repeti?

— 4. Dudum exire in lucem iusserunt *Samuel Guichenon, Histoire Genealogique*, Tom. I. p. 75. et ex eo *Spon.* VIII. *Misc.* p. 267. 1. postea vero auctores *Marmorum Taurinensium* Part. I. a p. 189. qui suppleverunt IN HO*norem*, nec non *Maffeius* in *Museo Veron.* CCX. 5.

— 6. Ita habent edita *Desiderii Spreti vrbis Ravennae Epigrammata* ad librum *de origine vrbis Ravennae*, p. 34. *Thes. Ital.* Tom. VII. Part. I. *et Hieronymus Rubeus*, in *Historia Ravennatensium* L. I. p. 15. 16. item diu ante vtrumque *Gruter.* CLXVI. 4. omnes DESIG. III.

CCXXVI. 1. *Histor. Sabaud. Geneal.* Tom. I. p. 61. apud *Philibert.* quoque *Pingonium* in *Inscriptionibus Antiquitatum Augustae Taurino-*

 rum.

rum. p. 62. *Thes. Ital.* Tom. IX. Part. VI. invenitur.

— 2. praesto iam erat in editis *Cyriaci Anconitani*, p. XXXIV. n. 228.

— 3. III. 4.

— 7. Ignorare non debuerat, iam exscriptam fuisse in *Indice et Appendice Dominici Macanei Verbani Lacus Chorographiae*, cum Commentariis *Stazii Trugi Catalauni de Ameno*, ad ipsum *Muratorium* missa, eiusque nomini inscripta, ad voc. *Viglevanum*, seu, quod aliis est *Vicusvenum*, *a vico Veneris*. *Thesaur. Ital.* Tom IX. Part. VII. Legitur ibi vers. 4. TRIB. POT. VIII. & vers. 5. COS. III. ibique adnotatur, hanc Epigraphen ex supputatione eruditissimi Comitis *Franc. Mediobarbi* cadere in Aeram Christi 49. titulum hunc nescio cur repetierit *Seb. Donatus*, in *Supplem.* XCVIII 3.

— 8. *Observat. Literar.* Tom. I. p. 183. n. 22. cuius etiam hic vitulo aravit *Muratorius*. Immigravit quoque in *Museum Veronense*, CCXXXIX. 5. ad quem locum vid. *Bouhier*, ap. *Hagenbuch. Epist. Epigr.* p. 8. seq. item p. 114. et *Hagenbuchius* ipse, p. 226. = 228.

CCXXVII. 2. in *antiqua Collectione veterum Inscriptionum Romanarum.* n. 78. p. 364. *Veter. Analector.* Priores duo versus forte e Glossa et margine in titulum intrusi esse videntur. Illa enim nominum repetitio supervacanea est.

— 4. *Inscription. Etrariae.* Tom. II. p. 46.

46. n. 55. et Tom. III. p. 173. n. 214. vbi emendatior. non enim ibi *L. Licinius L. F. Gal. Glaucus*, Sed *L. Titinius*, quod novissimum etiam *Gorii* exemplum imitatus est *Donatus in Supplemento*, CXXXVII. 1. Quomodo *Nero* Germanici Caesaris Nepos fuerit, indicabit *Cannegieterus* de *Numinibus* c. XX. p. 107.

CCXXVIII. 2. iam emendatior prodierat apud incertum Scriptorem *Epitaphiorum Antiquariae*, Tom. III. *Thesauri Salengriani*, p. 864. qui TRIB. POTEST. VIIII et COS VIIII. exhibet.

— 3. Exemplum *Guichenonii Hist. Geneal. Dom. Sab.* T. I. p. 57. quod prorsus simile *Doniani* III. 7. corruptum est. legitur enim vers. 5. COSDRL GALAT. IIII. P. F. Undenam igitur factum, vt ex eodem *Guichenonio* emendatior tituli forma cum apud *Sponium*, VIII. *Misc.* p. 267. tum hoc loco apud nostrum gigni posset?

— 4. lapis erutus *Celeiae*, teste *Raymundo Duellio* in *Lucubrat. Epist.* p. 7. n. VII. postea editorem iam habuit *Maffeium*, in *Observationibus Literariis* Tom. I. p. 183. n. 23.

— 5. Lucem quoque iam ante vidit in *Nouvelles de la Republique des Lettres*, 1704. Octobri p. 464.

— 6. Bene emendavit & supplevit *Ioh. Henr. Leichius* in novis *Emendationibus ad Graecas Muratorii Inscriptiones*, p. 57. 58. *Carm. Sepulcral.* latinamque ibidem Epigraphen subiunctam legi *Iohannes Aegidius Egmonda-Neoburgus*, in *Itineris* sui codice scripto, qui est apud

Panhusium Leidae, Vol. VII. mihi persuasit.

CCXXIX. 1. in *Cyriaci Epigrammatibus*, p. XXXIV n. 229. duobus duntaxat versibus constat.

— 4. apud *Gruterum* MVNIVS legitur, exciditque *Municii Novati* nomen.

— 5. Idem adnotavit *Blanchinius* in eius *Danubio*, Tom. II. Part. II. Tab. XXXVIII. n. 1. ad p. 101 cui similis ibidem n. V. obvia Epigraphe addi potuisset.

CCXXX. 3. et 5. qui tituli lucem accipient e *Muratorii* nostri libello *dell' insigne Tavola di Bronzo a i Fanciulli e Fanciulle Alimentari di Traiano*, *Firenze*, 1749. 8. p. 17.

— 6. *Leichius* in *Miscell. Lips. Nov.* Vol. I. p. 456. vers. 3. deesse putat vocem Βυλῆ, quae abesse potest, Συγκλήτῳ saepius nude posito. Malim hic cognomen Parthici ΠΑΡΘ. exemplo n. 1. huius folii.

— 8. *Lucubrat. Epistolic.* p. 10. n. XVI. nunc Vindobonae, in atrio Bibliothecae, vbi titulum longe accuratius descripsit *Maffeius*, *Observ. Liter.* Tom. I. p. 184. n. 25. et postea in *Musea Veronensi* CCXL. 2. non sane legendus est vers. 4. GRVPIVS, sed C. RVFIVS nec FAVNIANVS LVCINVS, sed IVNIANVS IVNCINVS neque ex *Duellii* exemplo commodus elici potest sensus. Recte propterea *Donatus* *Maffeianum* imitatus est typum, in *Supplem.* p. 138: 9.

CCXXXI. 2. quasi numquam antea emendatior prodierit. Immo dudum antea hunc debebamus titulum *Iohanni de Nicastro*, in *Descrizione del celebre Arco*, *eretto in Benevento a*

Mar-

Marco Vlpio Traiano dal Senato e Popolo di Roma. Beneventi 1723. 4. Ipsum Arcum depingi curavit *Ioh. de Vita*, in *Thesauro Antiquit. Benevent.* Dissert. X. p. 253. ex cuius etiam *Inscriptionibus Beneventanis* Clasf. III. n. I. p. XVIII. vera lectio peti debet.

— 3. Veram lapidis imaginem petere liceat ab auctoribus *Marmorum Taurinensium*, n. XVI. p. 207. et *Maffeii Museo Veron.* p. CCX. 6. vbi verf. 7. IMP numeratur. XII.

— 5. Si *Gudium* inspicere voluisset, pleniorem ibi LXXXVIII: 3. invenisset. ad quem locum Cl. *Ernestus* nonnihil dubitationis attulit in *Excursu* ad *Sueton.* XXIII. p. 30.

— 7. Don. III. 8.

CCXXXII. 2. *Don.* V. 49.

— 3. extitit iam in *Hesselii Appendice Praefationis* ad *Gudii Inscript.* Stell. 5. Fol. 2. n. LVII. varietasque lectionis praesto esse potest ex *Chandleri Syllabo* & *Notis* ad *Inscriptiones Antiquas*, p. V. ad n. XXXVI.

— 4. perite suppletam dedit *Gorius* ad *Donium* II. 13.

CCXXXIII. 1. Quid opus erat schedis *Condaminii*, cum publicis iam literis *Marmorum Oxoniensium*, n. CLXII. p. 57. ed. *Maett. Reinesii* III. 17. *Sponii Itiner.* Tom. I. p. 380. *Wheleri*, in *Itinere Dalmatico et Graeco* L. I. p. 126. *Amstel.* 1659. inprimis *Fabretti* VI. 152. vnicuique innotuerat. vnde manifesto liquet, versu 4. non legendum esse Δημαρχικῆς ἐξυσίας τὸ Γ sed I. id est Tribun. Potestatis X.

— 2, *Don.* III. 11.

— 3. *Hagenbuch. Epist. Epigr.* p. 51. sequ.

CCXXXIV. 1. e schedis *Condaminii* Iesuitae quoque non vbique castigatam didicerat *Erasm. Froelichius*, in *Animadversionibus in quosdam numos veteres vrbium. Viennae Austriae*, 1738. 8. p. 75. sed praestat alios inspicere fontes, *Hesselii Appendicem Praefationis* ad *Gudium*, Stell. 5. fol. 2. n. LXII. *Chishulli Antiquitatum Asiaticarum* Partem *Alteram*, p. 4. n. III. *Pocockium*, *Inscript. Antiqu.* p. 19. n. 10. et *Chandleram*, in *Syllabo*, & *Notis ad Inscr. Antiquas*, p. V. ad n. XXXVI. vnde apparebit, illos generandi casus ΥΙΟΥ. ΥΙΩΝΟΥ ΤΡΑΙΑΝΟΥ ΑΔΡΙΑΝΟΥ ΣΕΒΑΣΤΟΥ non mutari potuisse in accusandi casus, versibus 3. 4. 5. dein, vers. 10. ψηφισαμενη vers. 13. ἐργεπιστήσαντος et v. 14. ΠΕΙΣΝΩΕΙΝΟΥ legi oportuisse.

— 2. In editis *Cyriaci*, p. XI. n. 84. vbi initio deest ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ.

— 3. Itidem *Cyriaci* edita Epigrammata dudum obtulerant p. XI. n. 86. vers. 4. singulare illud adiunctum ἐργεπιστάτων sine dubio ex ἔργον et πισὸς conflatum est, recte id docente *D'Orvilio* ad *Chariton.* p. 369. qui etiam iure nostrum reprehendit, cum ΣΤ. ΚΟΔΡΑΤΟΥ latine redderet *St. Codrato* pro *Statio Quadrato.* ad eundem *Chariton.* p. 415. Exemplo *Gruteriano*, cuius meminit *Dorvilius*, addi potest *Reinesii* I. 290. & *Fabretti*, VI. 185. item *Hesselii*, in *Append. Praef.* ad *Gudium*, Stell. 4. fol. 2. n. XXIII. vbi tamen leg. ΣΤΑΤΙΩ pro ΣΤΑΤΡΩ. et *Edmundi Chishulli* in *Itinere Turcico*, p. 11. Is Statius Quadratus vi-

viderine posſit idem eſſe, qui Αἰθυκατίνων dicitur in *Epiſtola Smyrnenſis Eccleſiae* de *Polycarpi Martyrio* in *Actis Sinceriorib*us *Theodorici Ruinarti* §. 21. p. 45?

— 4. Huius exempli immemor Muratorius infra repetiit MCMXCIII. 3.

CCXXXV. 1. Extiterat iam in *Cyriaci* editis *Epigrammatibus*, p. XII. 89. vbi ΘΕΗΚΟΛΟΙ legitur.

— 2. neque apud eumdem deeſt. p. XII. n. 91. vnoque duntaxat verſu abſolvitur.

— 3. *Septem Aſiae Eccleſiar. Notitia*, p. 53. habuit quoque *Spon.* in *Itinere*, Tom. II. p. 353. *Wheler*, in *Itinere Dalmat.* Tom. I. L. III. p. 232. et in *Appendice* ad *Marmora Oxonienſia*, n. CLXVIII. p. 58. ed. *Maetter*.

— 4. Immo ad *Septentrionalem* Athenarum Portam inveniri teſtantur edita *Cyriaci*, p. XII. n. 92.

— 5. Eodem pacto vulgatis *Cyriaci Epigrammatibus* debebatur, p. XII. 88. quorum fide legendum Τραγωνίς verſ. 8. ſed cum verſ. 9. iunctim edatur ΑΒΙΟΥΛΕΥΤΩΝ quam vocem latine *Abiulentis* reddidit Muratorius, equidem diremtam velim, legerque malim Αβιε, alteramque partem ΛΕΥΤΩΝ ſumere auſim de gente, vel vrbe forte ΛΥΔΩΝ Rhodiorum, vel Cariae oppido, vnde orti erant illi πρεσβευταὶ, Τραγωνὶς Πορθρίδος, & Κλαύδιος Αβιε.

CCXXXVI. 1. Aliter verſus & lacunas diſtinguunt edita *Cyriaci Epigrammata*, p. XVII. 122. verſ. 2. pro ΟΙΣ leg. ΟΝ. qua literarum ſimilitudine facile in exeſis lapidibus lectorum

ocu-

oculis fucus fieri poteſt, intelligendumque ΟΛυμπιΟΝ. Verſ. 3. non ibi occurrit: ΟΥ ΚΑΝΔΙΤΟΣ ſed ΟΥ ΚΑΝΔΙΤΟΥ, qui generandi caſus reſpicit ad τροφεια, ideoque ſupplendum hoc modo: τροφεια πρεσβευΤΟΥ ΚΑΝΔΙΤΟΥ. tum nihil aliud offert *Cyriacus* niſi ΑΙΣΚ.... ΑΝΕΣ: in priori lacuna Αισχρονος ſe inveniſſe putat Muratorius, in altera ΑΝΕΣτησαν latere exiſtimo, h. e. ſtatuam exſtruxerunt. Nomen enim ipſum pro ſtatua ἀντὶ τȣ̃ ἀνδριάντος poni familiare eſt.

— 3. Non ex ipſo *Donio*. quae ratio fuit, cur *D'Orvilius* eum invenire lapidem non potuerit in *Diatribe* ſua *in veteres Inſcriptiones Miſcell. Obſervat. Nov.* Tom. III. p. 101=105. ſed ex *Appendice Miſcella Omiſſorum Donii*, n. 18. p 557. vel ſic tamen iam antea in *Gudianis* prodierat XC. 3. & nunc in Muſeo Academiae Leidenſis cuſtoditur, cuius deſcriptionem dedit Cl. *Oudendorpius*, in *Legato Papenbroekiano*, p. 20. n. 20. verſum noviſſimum bene interpretatus eſt *D'Orvilius*, vel: *Ex Argento Puro Votum Solvit*, vel: *Ex Argento Pondo Quinque ſemis*. An vero Mamertinus & Antoninus iidem ſint, quos Commodus occiderit apud *Lamprid.* in *Commodo* 7. dubito. *Mamertinus* enim pariter atque *Antoninus* h. l. dicuntur *Surae liberi*: ap. Lampridium vero Antoninus dicitur *Mamertini filius ex ſorore Commodi genitus*.

— 4. *Donio* III. 13. quem repetiit *Donatus* in *Supplem.* CXXXIX. 3.

CCXXXVII. 1. In *Itinere Dalmatic. Grae-*

co Tom. II. L. III. p. 527. ipse quoque *Sponius* in *Itiner.* Tom. II. p. 485. et X. *Miscell.* p. 328. n. XVIII. vidit et exscripsit.

— 2. Lapidem in Scotia repertum fideliter depinxerunt auctores *Transactionum Anglicanarum* Vol. XXII. Num. 269. p. 790. ad A. 1701. et *Ioh. Horslaeus*, in *Britannia Romana* L. II. c. 1. ad p. 192. Tab. 2. n. IV. cui similis est titulus *Glascoviensis* apud *Alex. Gordonum*, in *Itinere Septentrionali* Part. I. c. IV. Tab. 9. n. I. & *Dorvilium* in *Miscell. Observat. Nov.* Tom. IV. p. 320.

CCXXXVIII. 1. Eandem postea edidit & illustravit *Maurus Sartus*, Bononiensis, Monachus Camaldulensis, in dissertatione, seu *Epistola de antiqua Picentum civitate Cupra Montana, deque Massatio oppido agri Aesini. Pisauri* 1748. 8. cuius censuram egerunt *Act. Erud. Lipsiens.* 1753. p. 15. sequ. ipsumque suis Opusculis inseruit *Calogera*, Tom. XXXIX. a p. 1. vers. 11. 12. vocum lacunas sic restituit *Sartus*: *Alimentari* et *Cuprienses Montani Posuerunt*, probante ipso *Muratorio*, in libello: *dell' insigne Tavola di Bronzo* p. 20.

— 3. *Praenest. Antiquae* L. I. c. XVI. p. 31. *Thes. Ital.* Tom. VIII. p. IV. it. *Franc. Martio Historiae Tiburtinae* L. VII. p. 86. ibid. nec non qui ex *Suaresio* apud *Vulpium Vet. Lat. Profan.* Tom. IX. L. XVI. c. 7. p. 156. Scire autem debuerat, iam dudum integriorem legi apud *Grut.* MXXII. 6. vnde haud dubie habuit *Phil. Rubenius*, in *Electis*, L. II. 36. p. 88. ubi *de pueris & puellis alimentariis* disputavit.

— 4.

— 4. Idem iam extiterat apud *Grut.* MXXII. 7. & *Gud.* XC. 11. nec non *Gorium* in *Inscript. antiquis Etruriae* T. II. p. 348. et *Musei Florentini* Tom. V. p. 109.

— 5. *Vignolio* in *Dissertatione* de *Columna Antonini Pii Imperatoris*, *Romae*, 1705. 4. praeivit *Causeus* in Epistolis duabus, etrusco sermone conscriptis, quarum prima prodiit *Neapoli* 1704. 8. de qua censuram egerunt auctores *Memoriarum Trevoltinarum* 1704. Sept. Art. 129. p. 1537 & *Ephemeridum Parisiensium*, eod. anno, 1704 p. 539. In *Memoriis* vero *Trevoltinis Grainvillius* hanc Epistolam sub examen vocavit Mense *Septembr.* Artic. 130. p. 1544. *Remarques du P. de Grainville, Iesuite, sur une Dissertation de Msr. de la Chausse.* cui deinde *Causeus* in secunda *Epistola* sua, a *Bulifone*, *Neapoli* 1705. 8. evulgata, respondit. (v. *Iournal des Savans.* 1705. XXVIII. p. 773. et *Memoir. de Trevoux*, eod. A. *mense Augusto*, Art. 120. p. 1310.) neque *Graenvillius* obmutuit, sed rursus emisit: *Reponse du P. de Grainville, Iesuite, à Mr. de la Chausse* in iisdem Memoriis eod. Anno, mense Decembri. *Artic.* 186. p. 2150. Quod attinet ad Anaglyphum inspici debet *Franc. Blanchinii descriptio, et explanatio basis in campo Martio detectae sub columna Antonino Pio olim dicata* in Libro de *Kalendario*, et *Cyclo Caesaris.* c. VII. a p. 71. Ceterum non moror illud mirificum caput *Iohannem Harduinum*, cum in *Historia Augusta e numis illustrata* (*Oper. Selector.* p. 717.) *haud temere*, ait, *nobis videtur*, *multis post Anto-*

tonini Pii obitum Saeculis positam hanc esse Inscriptionem, et mox: *neque mirum cuiquam videri debet, qui didicerit, spuriam ac recentem similiter inscriptionem esse, quae nunc legitur in Arcu Severi*. En eor Zenodoti, et iecur Cratetis!

— 6. Non nunc demum e schedis lapidem proferre poteſt, qui meminerit, iam prolatum esse ab *Ughello*, in *Italiae Sacrae* Tomo II. p. 895. vbi *de S. Angeli in Vado Episcopis* egit, paulo aliter diſtinguens versus, versu 4 cos. IV. exhibens & in fine addens.

PRONEPOTI TRIB. POT COS II.
PII F.

CCXXXIX. 3. & quidem *ex antiqua Collectione Veterum Inscriptionum* in *Veter. Analectis* p. 362. n. 60.

— 6. nesciit iam a *Gudio* XCII. 1. & *Donio*, IV. 43. immo antea a sic nominatis *Patribus Trevoltinis* vulgatam esse in *Memoriis Trevoltinis* A. 1727. mense *Maio* Art. 49. p. 948. vbi hanc ſtatuae basin in horto domus professae Iesuitarum, quam Romae in monte Aventino habuerunt, repertam esse aiunt, sed simul referunt, ita locatam fuisse, vt in angulo quodam muri alia adhuc Inscriptio legi posset, a Muratorio penitus neglecta, nec ab vllo alio edita, nisi, cum hoc ipso, de quo egi, titulo a *Donato* in *Supplemento* CLXVI. 3.

— 7. in *Inscriptionibus veteris Etruriae* Tom. II. p. 348.

CCXL. 1. eius *Tabulis Antiquis* Tom. VI. *The-*

Thesauri Siculi p. 104. n. 12. it. *Caietano Noto*, *delle Iscrizioni antiche della città di Palermo*; Part. I. p. 35.

— 5. dudum vulgaverat *Ioh. Pierius Valerianus* in *Antiquitatibus Bellunensibus*, *Sermone*, IV. p. 45. *Thes. Ital.* Tom. VI. Part. IV. vbi vers. 7. TRIB. POT. XX. vers. 8. IMP.... III, Suspicatur *Pierius*, leg. esse IMP. II. post eum fuit in *Donianis*, etsi mutila, III. 30. & *Gudianis*, XCI. 6. paene similis *L. Aurelii Veri* ap. *Reines.* III. 27.

CCXLI. 1. *Don.* II. 74.

— 2. *Don.* III. 21.

— 3. *Don.* III. 22.

— 4. iam notus erat *Grutero* CCLX. 9. Post n. 4. haud scio an iure praetermiserit titulos *T. Aurelii Antonini*, M. Aurelii Caesaris Filii, Imperatoris Antonini Augusti Pii Patris Patriae Nepotis: *T. Aelii Aurelii*, eiusdem M. Aurelii Caesaris, et Faustinae Augustae Filii: item *Domitiae Faustinae*, eius Filiae, M. Antonini Neptis a *Ioh. Mabillonio* ex Codice *Einsiedelensi* depromtos in *Analectis Literariis* p. 363. n. 64=66.

— 5. de *Thermis Herculanis*, p. m. 24. quam nesciens apud nostrum eam legi frustra ripetiit *Donatus* in *Supplem.* p. 37 : 5.

— 6. Ex *antiqua Collectione Veterum Inscriptionum* bis a *Mabillonio* edita in *Veteribus Analectis*. p. 359. n. 5. & p. 362. n. 57. vnde facillime ex margine discere potuisset, apud *Gruterum* subtilius & rectius descriptam esse CCLIII. 2. neque *Mabillonii* typum diligenter imitatus erat; post nomen enim *L. Aure-*

lii

lli Veri legitur AVG. Cf. ad hanc Inscriptionem *Hagenbuchius*, & *Buhierius*, in *Epistol. Epigr.* p. 15. & 21. In Indicis Class. IV. corrigantur vitiosi numeri.

CCXLII. 1. corruptissime legitur ap. *Paulum Lucam*, in *Itinere Graeco et Asiatico*, Tom. I. p. 401. n. 43. Vtinam sane ille *Lucas* aut numquam lapidum titulos descripsisset, aut maiori accuratione & literarum graecarum scientia. Inde factum, vt *Bimardus* saepe non tam quod vere incisum erat lapidi, quam quod ingeniose suppleverat, interpolaverat, emendaveratue ad Muratorium mitteret.

— 2. *Antiquitat. Gall.* Epist. XIII. p. 70. vbi de *Decumanis Narbonensibus* egit, a cuius sententia cum h. l. alienus esse videretur *Muratorius*, eius vicissim vindicias in *Museo Veronensi* p. CCCCXV. col. 1. pati debuit. Addatur *Buhierii* disputatio: *sur la question si avant Balbien & Pupien* &c. in *Historia Academiae Inscript.* Tom. IX. p. 119. ed. *Paris.* vel Tom. V. p. 180. ed. Amstel. vbi in fine non NARBONENSES, sed NARBONESES leguntur.

— 3. Hoc exemplo cognoscere liceat, quantum intersit libros Epigraphicos inter se contendere. Id verum est, *Smithum* in *Septem Asiae Ecclesiarum Notitia*, p. 49. sic descripsisse, cum hac adnotatione: *Nupsit Antistio Burrho, ex quo filiam habuit Iuniam Fadillam, nuptam Maximo Iunio, et post Iunio Toxatio. vide Inscriptionem in Analectis Mabillonii T. 4. Inscript. 63. p. 500.* In qua animadversione multum ambiguitatis inest, ita vt nescias, *Fa-*

dilla mater, an filia *Iunio Toxotio* iterum nupserit. *Muratorius* noster nihil hic difficultatis sentiens dissimulato annotationis auctore haec subscripsit: *Quae*, inquiens, nupsit *Antistio Burrho*, & *postea Iunio Toxotio*. Sed ex quo fonte haec hauserit *Smithius*, aut quis rerum Scriptor haec tradiderit, scire velim. *Fadillam* novi Sororem maximam natu *Commodi*, adeoque filiam *M. Aurelii*, ex *Herodiano* I. 13. neque alii nuptam, quantum sciam, nisi *Claudio Pompeiano*, ex *Capitolin.* in *Marco.* 20. *Vulcatio Gallicanos* in *Avidio Cassio*, 10. & *Herodian.* I. 6. Novi quoque *Iuniam Fadillam*, proneptem *Antonini*, desponsatam *Maximino* filio, quam postea accepit *Toxotius* eiusdem familiae Senator, de qua *Capitolinus* in *Maximino Iuniore*, 1. Quae huius loci & temporis esse non potest. Quam multa saepe ex quibuscumque librorum rivulis in alios transfunduntur, sine cura veri, et metu falsi. Longe magis historiae seriem turbat *Erasm. Froelichius*, V. C. qui titulo arcus septimi, et quarti decimi Aquaeductus Ephesini, non a *Condaminio* demum viso et descripto, sed vel iunctim cum duobus aliis ab *Hesselio*, in *Praefat. Append.* ad *Gudium* Stell. 5. n. XXXVIII. & *Pocockio*, p. 18 : 8. vel separatim, a *Sponio*, *Itiner*, Tom. I. p. 412. *Hesse*, in l. l. n. XXXVII. et *Chishullo Antiquit. Asiat.* Part. II. p. 7. n. VI. et in *Itinere Turcico.* p. 28. antea vulgato, abusus *Fadillam* illam, *Caracalli* filiam interpretatur, quoniam in eodem arcu laudetur *M. Aurelius Antoninus Severus*, quae satis audax est rationis conclu-

clusio, in *Quatuor Tentaminibus de re Nummaria*, p. 457. et 459. Aliter cogitasset & scripsisset, si egregii illius loci *Herodiani* IV. 6. de *Caracallo* meminisset: τὴν Κομμόδου ἀδελφὴν, πρεσβῦτιν ἤδη, καὶ πρὸς πάντων βασιλέων, ὡς Μάρκου θυγατέρα, τετιμημένην, ἀπέκτεινε. Interim hic *Fadillae* titulus infra alienissimo loco redit. DXC. 4.

— 4. *Don.* II. 158.

— 5. Equidem pronunciare ausim adulterinam. Vt enim haec minoris momenti vitia a *Muratorio* castigata praeteream, ipsa quaedam elogiorum adiuncta recentem mihi fabricam sapere videntur, tanquam dubito, an MAX. antegredi possit AVG. vsitatumque fuerit ante *Septimii Severi* tempora? sequi potius devictarum gentium, vt reor, nomina debebat: tum SAR. *matici* titulum affectasse Commodum nusquam legi, etsi plura alia praeter meritum, tamquam *Pii*, *Felicis*, *Britannici*, *Germanici*, *Romani*, & *Commodiani Herculis* sibi indiderit, teste *Lampridio*, c. 8. & 11. *victosque Dacos*, *Pannonias compositas*, iactauerit, in *Britannia*, *Germania*, *Dacia* imperium eius recusantibus provincialibus, ib. c. 13. sed nusquam *Sarmatarum* mentio. Non minus illud AMAZ*onium* peregrinum est, quamquam non ignoro, *Amazonium* vocatum esse ex amore concubinae eius *Martiae*, quam *Amazonis* forma pictam diligebat, auctore *Lampridio*, in *Commodo*. c. XI. Tandem SVPER INVICTO est ridiculum, et ex hodierna loquendi consuetudine mutuatum. Eamdem quoque Epigraphen *Vghellius* in

 Ita-

Italiae Sacrae Tom. II. p. 895. in *S. Angeli in Vado Episcopis* retulit.

CCXLIII. 2. vid. *Tabulas antiquas Siciliae* p. 527. n. 241. *Thesauri Siculi* Tom. VI. Basis est statuae ipsi positae teste *Octavio Caietano* in *Isagoge ad Historiam Siculam*, c. 3. p. 16. *Thes. Sicul.* Tom. X. Part. II. p. 16.

— 3. *Don.* III. 34. quem antea recognoverat titulum, CIX. 7. eumdem hic recoquere diversitas classis non iubebat.

— 4. *Don.* III. 35.

— *Don.* III. 40. *Gorii Mus. Florentin.* Tom. VI. p. 4.

— 6. *Gorius Inscript. Etrur.* Tom. II. aliter versus distinxit, et in fine opportune addidit: CLVS.

— 7. Iam antea eius memoriam lapidis servarunt *Spon.* VIII. *Misc.* p. 269. *Don.* III. 19. *Gorius Mus. Flor.* Tom. VI. p. 4.

— 8. itidem apud *Spon.* VIII. p. 270. n. 6. vers. 5. *Io. Schraderus* apud *Herm. Cannegieter.* in *Observat. Iuris, Rom.* L. II. c. IV. p. 156. coniicit legendum esse ABLVENTIBVS. Sed vulgaris etiam lectio ADLVENTIBVS non spernenda. Frequenter enim alluentibus vndis & fluctibus semper aliquid telluris aufertur.

CCXLIV. 2. apud *Spon.* V. Misc. p. 204. vers. 16. est *Q. Anicio Fausto*, vti etiam apud *Donatum* in *Supplem.* p. 144. 6. post versum 8. integer omissus est versus DIVI NERVAe ADNEPOTI. Typum ipsum *Marsiglianum* in *opere Danubiano* Tom. II. Part. II. Tab. LXII. n. 2. ad p. 143. cum omnibus

la

lacunis et peccatis fabrilibus imitari potuisset. Sic integra cuique legendi & iudicandi facultas & potestas relinquitur. Reperta erat in mansione Turcica *Kan* dicta.

—— 3. *Don.* III. 37. infra revertitur CDLVI. 2.

—— 4. *Inscription. Selectar.* p. 315. itidem infra recurrit CDLV. 5.

—— 6. est iam in editis *Cyriaci Epigrammat.* p. XXXIV. n. 227.

CCXLV. 1. de *Thermis Herculanis*, p. 27. quae cum h. l. iam a *Muratorio* memorata sit, nescio quid impulerit *Donatum*, vt eamdem in *Supplem.* p. 35 : 2. recudendam curaret.

—— 2. Ibidem p. 24.

—— in *Marmoribus Felsineis.* Sect. IX. c. IV. p. 563.

—— 5. non satis accurate fragmenta lapidis ab initio imitatus est. vid. *Tabulae, seu Inscriptiones antiquae insularum Siciliae vicinarum,* p. 865. n. 350. *Thesauri Siculi* Tom. VII. item, *Commendatoris Abelae Melita illustrata*, L. II. Not. VI. p. 166. *Thes. Siculi.* Tom. XV.

—— 6. *Inscript. Florentinar.* Tom. I. p. 381. n. 135. Sed iam antea *Gudii* diligentia cauerat, XCII. 5. ne ignoraretur.

CCXLVI. 2. *Don.* III. 32.

—— 3. *Giunte alle Osservazioni sopra i Cimiteri* p. 808. addi hoc loco omnino merebatur aliud fragmentum in Coemeterio Comodillae repertum, quod descripserunt auctores *Memoriarum Trevoltinarum* A. 1721. p. 1300.

& *Ephemeridum Parisiensium* (*Journal des Savans*) 1722. *Octobri* p. 477.

— 4. in *Supplementi Antiquitatis Explanat.* & *Schematibus illustratae* Tom. IV. L. II. c. V. p. 27. Tab. XIII. vbi recte suspicatur *Montefalco*, anaglypham illam equitis figuram minime sibi videri ad titulum *Antonini Caracalli* pertinere. Opinor sane temere cum eo mixtam esse, imaginemque *Togitii* illius, cuius nomen subscriptum est, retulisse. Prudentissime saltem a *Donio*, III. 77. omissa fuit, vti ab ipso *Muratorio* infra in eiusdem lapidis titulo inutiliter repetito, CMLV. 3. omitti debuit. Ita autem legenda est Epigraphe, vti *ex Opitianis*, h. e. *Martini Opitii Variis Lectionibus* c. V. dudum literis mandata est a *Reines.* VIII. 42.

ꟼOGITIO SO
⅃ IMARI FIL. N.

male propterea in Indice *Muratoriano*: *Togitiosus* nominatur, in titulo ipso e collatione exemplorum *Montefalconis*, *Donii*, et *Georgii Christian. Ioannis*, qui ex *Hiegelii Collectaneis* p. 9. Tom. III. *Rerum Moguntinarum* p. 342. (add. *Act. Erud. Supplem.* Tom. IX. Sect. VIII. p. 354.) edidit, vers. 5. legi malim *C. Gentilius Victor*, quam *C. Cenilius*, vel *Cenilius*.

CCXLVII. 3. Hic *Wesselingium*, (ad *Antonini Itiner.* p. 481. voc. *Alone*) infra pro more suo non necessario repetendi, CDLVII. 3. *Bimardum* antestatur, quorum neuter lapi-

pidem vidit. Rem sine dubio gratam studiosis disciplinae Epigraphicae fecisset, si lapidis et literarum formas a *Ioh. Horslaeo* traditas in *Britannia Romana*, L. II. n. 37. CXIII. retinuisset. interim legatur Epistola *Ioh. Wardi* ad *Ioh. Horslaeum*, super *monumentis qui*busdam *Britanniae Romanae*, p. 349. 350.

—— Primus edidit *Georgius Dousa*, in *Epistola* de *Itinere suo Constantinopolitano*, ap. *Plantin.* 1599. 8. p. 95. vnde suum habuit exemplum *Gruterus* CCLIX. 1. qui proprii eius loci ignarus inscripserat: *Alicubi in Graecia. Scaliger* contra in schedis Adversariorum suis, quas Bibliotheca Leidensis servat, *Constantinopoli* e coniectura locavit. n. 60. p. 166. Sed *P. Tournefortius* in *Relatione Itineris* sui Tom. III. p. 332. *Paulus Lucas*, in *Itineris Graeciae* Tom. I. p. 390. num. 31. quamquam malus titulorum custos, opportune aiunt: *Ancyrae* (hodie *Angora*) visam esse. vers. 6. Nomen illius, qui statuam *Caracallo* posuit, (nam hunc intelligi debere *Antoninum*, iam *Spanhemius* docuit de V. & P. Numism. Dissert. XI. p. 441.) variat. Dousae & Grutero dicitur A. ELLYCINVS. V. E. *vir Egregius. Turneforti*, A. ELLYCINVS V. I. *vir illustris*.

CCXLVII. 4. ad h. l. vid. *Hagenbuchius* in Diatribe ad *Muratorii Marmora Graeca*, p. 46. 47. qui simul obloquenti *Leichio*, in *Curis Secundis* p. 54. 55. respondit in *Epistolis Epigraphicis* p. 306=308.

CCXLVIII. 1. *Sept. Ecclesiar. Asiat. Notit.*

tit p. 23. & *Wheleri Itin. Dalmat. & Graec.* L. III. p. 212. 213 vbi mendosius exemplum. Vel sic tamen neutrubi versu 15. alia occurrit lectio, nisi ΑΡΧΗΣ ΛΙΒΙΑΝΗΣ. apud solum *Sponium Itin.* Tom. I. p. 396. invenitur ΑΡΚΗΣ, vnde *Sponio* III. *Miscell.* p. 113. nescio quid de *Thesauro Liviano*, vel *Arca Liviana* in mentem venit. cuius sententiam hic sequi videtur *Muratorius*, cum fontis sui *Smithiani* & *Wheleriani* exemplum Αρχης deserens hunc Procuratorem Augustalem imperii, vel principatus Libyae latine reddit Procuratorem *Arcae Livianae*. Per Deum autem *Tyrimnum Philippus Buonaroti* in *Observationibus Historicis numorum maximi moduli* p. 209. intelligit Apollinem, sive solem.

— 2. *Don.* III. 42.

— 3. *Osservazioni sopra i Cimiteri* L. II. c. IX. p. 439.

— 5. In villa Vrsinia olim vidit & descripsit *Iohann. Aegidius Egmonda-Neoburgus* in *Itinere* MSC. Tom. III.

CCXLIX. 1. v. *Tabulas s. Inscriptiones antiquas Insularum Siciliae vicinarum*, p. 865. n. 351. Tom. VII. *Thesauri Siculi*, vnde & ex *Abellae Maltha illustr.* L. II. *Notit.* VI. p. 168. Tom. XV *Thes. Sic.* iam decerpserat *Sponius*, V. *Misc.* p. 192.

— 2. Eodem pacto ita legit *Spon.* V. *Misc.* p. 204. sed aliter distinctis versibus, vti etiam *Donatus*, in *Supplem.* 144 : 7.

— 3. *Inscription. Etruriae*, Tom. I. p. 123 ; 8, item *Musei Florentini* Tom. VI. p. 43.

43. Paene ovum ovo tam ſimile eſſe non poteſt, quam titulus *Muſei Veronenſis*, ap. *Maffeium*. CI. 3.

—— 4. *Itin. Dalmat. & Gr.* L. I. p. 120. item *Spon.* in *Itinere*, Part. I. p. m. 378. vbi non modo, ſed etiam alio in titulo Sabinae, Hadriani vxoris, Part. II. p. 485. accuſandi caſum Δημητρα latine, vel francice interpretando commutat in Δημητρι Cereri, quod iam *Cuperus* in *Inſcriptionibus & Marmoribus poſt Apotheoſin Homeri* p. 285. reprehendisse viſus eſt. Ne quid dicam de huius lapidis Epigraphici memoria apud *A. de la Motraye*, in *Itinere* Tom. I. p. 427. obvia, nusquam luculentius prodiit niſi in *Marmoribus Oxonienſibus Richardi Chandleri*, Part. II. n. XLVI. p. 76 vnde didici, id marmor nunc Oxonienſis Academiae peculium, et verſus 14. & 15. nomen legendum esſe ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΤΟΥ ΑΠΟΛΛΩΝΟΤΕΙΜΟΥ.

CCL. 1. *Tabul. Antiqu.* p. 105. n. XV. *Theſ. Siculi* Tom. III. *Caietano Noto Iſcrizioni della città di Palermo.* p. 40. verſu 3. omisſa vox eſt PII. *verſ.* 8. legitur COS. II. et verſu 9. non divulſae ſunt literae, ſed PAN. HORM. clare exhibetur, adeoque ſincerius iam exemplum dederat *Spon.* V. *Miſc.* p. 176. Vel ſic tamen infra redire cogebatur MCXIV. 4.

—— 2. verſ. 8. lubenter correxisſem *Aelius Maximus*, niſi nomen *Alliae* gentis frequenter commemoraretur in lapide *Gudiano*, CCLI. 2. eumdem vero titulum, quem *Maffeus* e ſchedis *Martinii* habuit in *Obſervation. Litterariis*, Tom. IV. p. 339. ſine vlla neces-

ſitate *Muratorius* rurſus intruſit MCMXCV. 6.

— 3. *Inſcription. Athletic.* p. 160. n. V. Sed verſ. 6. poſt elogium ADIAB. integro verſu omisſo PART. MAX. F. DIVI ANTONINI GERM. quem recte ſervavit *Gorius*, in *Inſcriptiom. Etruriae*, Tom. I. p. 13. n. X. Quid vero hic opus erat, hanc Epigraphen ad *Elagabalum* principem detrudere, qui manifeſto *Caracalli* erat, atque ſic nodum Chronologicum in ſcirpo quaerere?

— 4. *Inſcription. Etruriae.* Tom. II. p. 393 : 43.

— 6. *Disſertat. & Animadverſiones ad Serrae Epitaphium* p. 73.

— 7. Dudum extitit apud *Luc. Holſtenium*, in *Notis* ad *Cluverii Italiam antiquam*, p. 107. & *Fabrettum*, X. *Inſcript.* 64. vbi verſu 1. legitur D. N. M. ANTONII et verſu 2. poſt FORONOVARII ſequitur DEVOTI quod adiunctum abesſe non debuerat.

CCLI. 3. Cui bono ex *Brencmanno* deſcribere titulum placuit, qui dudum notus erat *Fabretto*, X. 65? Interim cum *Brencmannus* in Epiſtola ſua ad *Hadrianum Relandum*, *Appendici Faſtorum Almeloveniani* inſerta, p. 621. certiores nos fecisſet, *Paulum Alexandrum Maffeium hanc ipſam inſcriptionem disſertatione vernacula illuſtrasſe*, eiusque inſpiciendae copiam optasſet *Hesſelius*, in *Indicis Gudiani* c. XXI. p. LVI. non disſimulo diu me eamdem fruſtra quaeſivisſe, donec in Ephemerides Literarias Italiae, (*Giornale de' Letterati d'Italia*) Tom. XII. Articulum IV. a p. 100=153. in-

inciderem, vbi eius Epiſtolam ad *Dominicum Theupolum* datam, quae nusquam alibi, quantum ſciam, prodiit, cum voluptate legi.

— 4. non disſimilia reor exempla esſe, *Mazochii Epigr. vrbis* p. XXVII. *Gruteri* CCLXXII. 6. et *Donii* III. 49. atque huius, niſi verſuum ordinatione.

— 5. v. *Tabulae antiquae Siciliae*. p. 474. n. 122. Tom. VI. *Theſ. Siculi.*

— 6. Procul dudio eadem eſt, quae *Gruteri*, CCLXXII. 7. vbi tamen verſ. 1. FLAVIAE VALERIAE TRANQVILLINAE, quae vxor fuit *Gordiani* III. verſ. 3. ORDO MILIT. TLOPIANI. corrupte! quod mendum nimis ſecure imitatur *Fleetwood*, p. 109: 2. recte vero emendavit *Triſtanus* in *Commentariis Imper*. Tom. II. p. 546. reſtituto nomine FLORIANI. non autem legendum *Ordo Municipii Flori Illiberitani*, ſed *ordo militaris Floriani Illiberitani.*

CCLII. 1. Marm. Felſinea Sect. VII. c. II. p. 405.

— 3. *Don.* III. 50.

— 4. plane non eſt typus *Marſiglianus*, Tomo II. operis *Danubiani*, Part. II. Tab. LXIII. n. 2. ad p. 145. neque fortasſis ipſius lapidis, ſed *Blanchinii*, qui titulos pasſim ſupplevit & ſubinde emendavit.

— 5. *Critica Baroniana*, ad A. C. 251. §. XXXI. p. 633. Tom. II. ed. *Luc.* quod exemplum ſi eum ſequi placuit, cur poſt verſum 6. PROC. omiſit? quam dignitatis notam, etſi ab *Honorato Bouche*, in *Hiſtor. Provinciae*

Tom.

Tom. I. Part. II. p. 510. itidem praetermissam, vna cum sequentibus literis singularibus P. P. servavit *Spon.* V. *Misc.* p. 202.

—— 6. *Inscript. Antiqu. Florentiae*, Tom. I. p. 12. n. VIII.

—— 7. *Don.* III. 51.

—— 8. *Inscript. Florent.* Tom. II. p. 350.

—— 9. dudum iam et plenior & emendatior cognita erat ex *Spon.* VIII. *Misc.* p. 274. & *Fleetwood*, p. 110 : 1. vbi etiam clare legebatur vers. 4. EX AERE.

CCLIII. 4 in *Donianis* quoque typis excudendam curaverat *Gorius* III. 52. sed ab initio corruptam, vti etiam similis eiusdem *C. Vibii Volusiani* ex *Hieronymi Contadoris de Argote Antiquitatibus Conventus Bracaraugustani Vlyssippone* 1739. 4. prodita est a *I. Ignat. Roderique*, *Correspondence des Savans*, p. 269. quam valde deformatam infra *Muratorium* in *Appendice* MCMXXIV. 1. referre potuisse miror.

CCLIV. 1. *Gualterii Tabulis antiquis*, p. 97. n. VII. Tom. VI. *Thes. Sic.* vbi aperte: vers. 7. CORR. ex *Noto*; *Delle Iscrizioni della Città di Palermo.* p. 27. cuius pleraeque interpretationes sunt valde ineptae. Sed antea iam ex *Gualterii Inscriptionibus Panormitanis* decerpserat *Sponius* VIII. *Miscell.* p. 275. & e *Sponio*, *Fleetwood*, p. 119:4. quo minus quis expectare poterat, vt *Donatus* eamdem denuo inculcaret in *Supplem.* 149 : 5. de aetate huius monumenti in consilium vocetur et Card. *Norisius*, in *Dissertatione*

tione de *Numismate Liciniani Licinii.* p. 1134. 1135. Tom. II. oper. et *Pagius*, in *Crit Baroniana*, ad A. 315. II. p. 592. Tom. III. ed. *Luc.*

— 2. Missa a *Bimardo*, quasi minus edita laudatur. cum *Muratorius* sub oculis habere potuisset *Sponium*, V. *Misc.* p. 201. tum duo *Monachos Benedictinos*, in *Itinere Literario*, Tom. I. p. 294. tandem *Donium* III. 53. Vbique clare, non VASENSES, sed VASIENSES. quod ipse quoque *Muratorius* in typo praeter necessitatem e *Donianis* reducto MXCI, 2. agnovit.

— 6. *Historia Niciensis*. c. VIII. p. 20. *Thesaur. Ital.* Tom. IX. Part. VI. qui non discerptis literis CVR. ANT. sed iunctim CVRANT*e* vti etiam *Spon.* V. *Misc.* p. 163. legit. Addatur *Honor. Bouche Histor. Provinciae.* Tom. I. P. II. p. 516. Quam vero difficultatem de *Cornelia Salonina*, coniuge *Gallieni Iunioris*, ingerit *Muratorius*, eam feliciter sustulit *Pagius*, in *Critica Baroniana*, ad A. C. 260. n. VIII. p. 117. Tom. III. ed. *Luc.* recte animadvertens illud IVNIORIS non cum Gallieno, sed cum AVG. N. iungendum esse, qui intuitu patris Valeriani iunior erat Augustus.

CCLV. 1. Honorato Boucheo in *Additamentis ad Chorographiam* et *Historiam Provinciae* Tom. I. & II. p. 923.

— 5. adfuit iam in *Gruterianis* CCLXXVI. 1.

— 7. v. *Cyriaci Epigrammata*, p. XXXV. n. 230.

— 8.

— 8. ita quidem *Danius*, III. 59. sed ante eum omnes, *Reinesius*, I. 249. *Spon.* VIII. *Misc.* p. 274. *Fabrettus*, III. 472. *Apollini Invicto* consecratum lapidem, et versu 4. *Scyleros*, praeterquam *Sponium*, eiusque imitatorem *Donatum*, in *Supplem.* p. 16: 4. *Scylleros* habent.

— 19. Noto: *Delle Iscrizioni antiche della città di Palermo* p. 15. et *Tabulis antiquis Gualtheri*, p. 101. n. X. *Thesauri Siculi* Tom. VI. vnde iam *Spon.* V. *Misc.* p. 176: 1. eamdem recensuerat. Sic eius ipsius non obliti sunt *Octavius Caietanus*, in *Isagoge ad Historiam Siculam* c. 3. p. 15. Tom. X. Part. II. *Thesauri Siculi*, et *Ingevez*, in *Palermo antiquo Tom.* II. p. 93.

CCLVI. 1. *Marmora Pisaurensia* p. 2. n. IV. sed paretermitti potuisset, quoniam iam e Smetio repetierat *Gruterus*, XLV. 2. add. *Baronius Annal. Eccles.* ad A. 278. III. p. 185. Tom. III. ed. *Luc.*

— 2. *Don.* III. 57.

— 5. *Inscriptionibus Dalmaticis*, in *Thesauro Siculo* Tom XIV. p. 36. n. 18.

— 9. in *Inscriptionibus Panormitanis* ad *Tabulas antiquas* p. 129. n. 41. Tom. VI. *Thes. Sic.* vbi accuratius descripta esse videtur. Eius quoque meminit *Caietano Noto*, in *Inscriptionibus Panormitanis*. p. 11.

CCLVII. 1. in *Periculo* iam meo *Sponium* e *Guichenonio* (*Histoire Genealogique* T. 1. 55.) eumdem retulisse notavi. Neque tamen is solus fuit. sed *Gudius* quoque vidit & descripsit XCIV. 6. versu 6. & 7. legendum

est

est *vrbis Praeside* v. *Marmora Taurinensia* p. 145. & 154.

— 3. *Don.* III. 61. versu 4. et 5. mire corruptum est nomen et munus. neutrum videtur in integrum restitui posse, nisi exemplorum contentione. *Donius* exhibet AURELIUS AGATHUS V. C. PRAESES PROVIN. SVL. vnde nihil sani, quod ad provinciam spectat, extricari potest. Integrius vero et plenius exemplum est *Gudii*, XCIV. 7. AVRELIVS ACANTHVS CENNADIVS (leg. meo iudicio *Gennadius*) PRAESES PROV. INS. MITQLEN. Ideoque lego: *Praeses Provinciae insularis Mitylenaensis.*

— 4. in vrbis colle orientali ad castellum; ita Auctores *Transactionum Anglicanarum* A. 1695. No. 127. p. 101. et quidem in zophoro aedificii, cuius imaginem, accurate simul servata versuum serie, descripserunt Editores splendidissimi operis *Ruinarum Palmyrae*, in *Marmoribus Palmyrenis* ad p. 27. n. XXVII. ad quod tituli fragmentum simul illi annotarunt, vocabulum Castrorum non respicere ad munimenta *Cercusii*, vt existimarunt nonnulli, sed ad ipsam Palmyram, quam *Stephanus* Φρουριον appellaverit. Addantur *Inscriptiones Graecae Palmyrenorum cum scholiis et annotationibus Edwardi Bernardi, & Thomae Smithi*, p. 13. XXI. inprimis vero *Smithi* Notae, p. 79. = 82. qui sic restituit vers. 1. *Rector*ES. vers. 2. *Sanct*ISSIMI. & vers. 4. *Cura*NTE SOSSIANO. Vidit quoque *Cornelius de Bruin* in *Itinere Asiatico*. p. 345.

— 5.

5. 5. v. *Inſcriptiones Cyriaci Anconitani*, p. VII. n. 56.

— 6. *Don.* III. 62.

CCLVIII, 1. *Don.* VI. 110. vbi integer verſus 7. deeſt. MATVTINI PROC. LVD.

— 3. *Alphonſi Gagnacini Fragmentis Hiſtoricis antiquae vrbis Ferrariae*, p. 13. Tom. VII. Part. I. *Theſaur. Ital.*

— 5. *Tabulis antiquis Siciliae*, p. 180. n. IX. *Theſ. Sicil.* Tom. IV. item: *Caietano Noto* in *Inſcriptionibus Panormitanis*, p. 13.

— 6. Edidit *Vghellius* in *Italiae Sacrae* Tom. II. p. 73. vbi verſ. 2. poſt MAXIMO eſt VICTORI. An *Vghellius Muratorium* oſcitantiae accuſare poſſit, neſcio, cuius *Vghellium Muratorius* reum fecerat. Si eadem eſt haec, quam *Paulus Maria Paciaudus* dedit in *Antiquitatibus Ripae Tranſonis.* (*Miſcellanee di varie operette*) Tom. VI. p. 209. perperam deeſt poſt Maximo verſ. 3. *Victori.* Sic *Irenaeus della Croce*, in *Hiſtoria Tergeſtina*, L. V. c. 10. p. 436. poſt CAESARI verſ. 1. omiſit FLAVIO: ſed poſt MAXIMO tamen verſ. 3. habet VICTORI.

— 7. Sic quoque legit *Honoratus Bouche*, in *Hiſtoria Provinc.* Tom. I. p. 530. Sed in *Memoriis Trevoltinis*, A. 1701. Tom. II. Part. II. Artic. 24. p. 281. pro RESTITVTORI exhibetur RESTAVRATORI.

— 8. A. eodem 1701. Tom. II. Art.

24.

24. p. 278. auctore P. *Dominico de Colonia*, ad Rhodanum in Columna prope sex pedum: in quam columnam singularem Diatriben conscripsit *Terrinius*, idem fortassis, cui libellum debemus *de Obelisco*, & *Venere Arelatensi*. *Dissertation sur une Colonne antique élevée par la ville d'Arles à l'honneur de l'Empereur Constantin le Grand*, *par Mr. Terrin*, *ancien Conseiller au Siege de cette Ville*, quam in compendium miserunt iidem auctores *Memoriarum Trevoltinarum*, A. 1711. *Febr.* Art. 26. p. 309. Tom, XXI. Quid vero subeat causae, cur idem titulus, mox CCLX. 2. redire cogeretur.

CCLIX. 2. *Tabulis antiquis Siciliae*, Tom. VI. *Thesaur Siculi*. p. 475. n. 123. ex quibus iam transierat ad *Spon*. VIII. *Misc*. p. 275. et ex eo ad *Fleetwoodum*. p. 119: 2.

— 3. dudum quidem *Gruteri* diligentia innotuit CCLXXXIII. 8. sed dubito, an lectio eius vers. 5. *Decimius Geminianus* sit sana; quoniam schedae *Foucaltianae*, quas a *Graevii* manu tritas inspexi, offerunt GERMANIANVS, ideoque exempli *Muratoriani* maior apud me fides.

— 4. *Annal. Trevirensibus* L. III. c. 114. p. 205. atque ad hunc lapidem *Beatus Rhenanus*, L. I. *Rerum Germanicarum* p. 64. vbi de Francis, respexisse videtur. Similis extitit olim apud *Rupertum Tuitiensem*, in *vita S. Heriberti* T. II. Oper. p. 887. vid. *Io. Iac. Mascovii Historia Germaniae* theotisce, eleganterque iudicio scripta, Tom. I. L. VI. p. 215.

— 5. Eadem apud *Gruter.* CLIX. 6. Similes & paene iidem tituli occurrunt cum *Caesenae*, infra apud *Mur.* CDLXIII. 6. tum *Tergeste*, ap. *Irenaeum della Croce*, in *Historia Tergestina* L. II. c. 7.

— 6. *Marmor. Felsineorum*, Sect. IV. c. VI. p. 156. f.

— 7. *Historia Niceensi*, c. 4. p. 10. Tom. IX. Part. VI. *Thes. Ital. Honorat. Bouche Histor. Provinc.* Tom. I. Part. II. p. 543.

— 8. ejusdem meminerunt *Honor. Bouche*, l. modo ante laudato, et *Monachi Benedictini*, in *Itinere Literario* Tom. I. p. 295.

CCLX. 1. revertitur infra, MLXXVIII. 2.

— 2. modo ante commemorata erat. CCLVIII. 8.

— 6. eiusque *Tabulis antiquis Siciliae*, p. 477. n. 124. Tom. VI. *Thes. Sic.* qui legendum censet vers. 2. COL. AEL. AVG. vnde iam decerpserat *Tristanus*, et e *Tristano* dudum suo Syntagmati inseruerat *Reinesius*, III. 28. *Tristanum* autem *Gualtheri* Inscriptionem recte emendasse et explicuisse optime docuit *Lucas Holstenius*, in Notis ad *Stephanum Byzantinum*, p. 190. voc. Λιλυβαιον eo modo: *Helvio. Augusto Res publica Coloniae Helviae Augustae Lilybitanae Devota* rel. *Io. Harduinus*, in *Numis Populorum & Vrbium* p. 191. *Coloniam Heliopolin* vult. male!

— 7. *Diario Italico* c. VIII. p. 110. Ad fidem vero lapidis denuo cum Parergis, lacunisque accurate descripsit *Franc. Ficoronius*, in *Osservazioni sopra l'Antichità di Roma.* in *Roma* 1709. 4. p. 16. quem vide.

CCLXI.

CCLXI. 3. Si idem titulus, qui *Gruterianus*, CCLXXXI. 3. *Sponianus*, II. *Misc.* p. 60. *Io. Lucii, Traguriensis*, in *Inscriptionibus Dalmaticis.* p. 29, 30. n. 23. Tom. XIV. *Thes. Sic.* & *Fleetwoodi*, p. 122: 3. quod parum abest quin credam, legendum esse suaserim FL. non CL. nec CONSTANTINO sed CONSTANTIO, filio quippe Constantini M. Dubium vero, quid de adiunctis eligendum, *Felicissimo Gruteri*, & *Fleetwoodi*, an *Beatissimo* Sponii, *Praestantissimove Muratorii*. Saltem id constare videtur, negligenter hic omissum esse COLLegium *Fabrum Veneris*.

— 5. germanam huius columnae picturam dederunt editores *Marmorum Taurinensium*, p. 233. n. XVIII. quorum tamen interpretationem *ImperAtoRiBVS Maffeus*, in *Museo Veronensi*, CCXIII. 1. notare videtur, dum legi posse suspicatur *Propagatoribus*, *Liberatoribus*, *Propugnatoribus*.

— 6. *Inscription. Florentin.* Tom. II. p. 350.

CCLXII. 1. Veram tituli imaginem petere licet a *Malvasia*, *Marmorum Felsineorum* Sect. IV. c. VII. p. 162.

— 2. Hic titulus cum alio, qui infra CCCLXI. 5. secretum a se locum accepit, iunctus et lectus fuit a *Donio* III. 67. quamquam diversis temporibus, aut forte lateribus lapidis, vt reor, incisus. Sic etiam hac forma e *Donio* redit apud *Donatum*, in *Supplem.* p. 149: 6.

— 4. de *Praefecto vrbis*, p. 55. qui nomen *Fabii* supplevit cognomine *Titiani*. Mihi saltem credibile fit, eodem modo, vti apud

Gruterum CCLXXI. 4. sic restituendum esse: FABIVS TITIANVS CONSVL*aris* pro CONSER... exemplo *Gudii*. LXXXIII. 6.

— 5. *Marmor. Pisaurens*. p. 10. XXIII. XXIV.

— 6. *Muratorius* meus pariter atque *Gorius* ad *Donium*, II. 102. nescierunt, eumdem ap. *Fabrettum* V. 357. et X. 549. bis legi, restituendasque esse vers 7 post CAESARI duas voces: NOB. SEMPER.

CCLXIII. 1. e *Tabulis s. Inscriptionibus antiquis Insularum Siciliae vicinarum*. p. 866. n. 351. *Thes. Sic.* Tom. VII. sed iam diu ante ex *Commendatoris* Abelae *Melita illustrata*, L. II. *Notit.* VI. p. 168. *Thes. Siculi*, Tom. XV. recognoverat *Spon.* V. *Misc.* p. 192. quo minus necesse erat a *Donato*. in *Supplemento*, p. 150: 5. eamdem rursus inculcari.

— 2. e Collectaneis *Holstenii* dudum vulgaverant *Reinesius*, III. 59. & *Fabrettus*, L. 339. vtrobique constanter non *C. Iunius*, sed *C. Iulius Vitrasius*.

— 6. v. *Inscriptiones Dalmaticas*, p. 36. n. 19. & paulo aliter ibid. p. 40. n. 40. Tom. XIV. *Thes. Siculi*.

— 8. Eius ipse antea meminerat in *Antiquitatibus Italiae medii aevi*, Tom. VI. Dissert. LXXV. p. 450. vers. 5. *Ordinem possessoresque* alicuius civitatis iungi etiam apud ICtos veteres, ostendit Cl. *Cannegieterus de difficilioribus quibusdam legibus* c. V. p. 25. et in *Observationibus Iuris Romani* L. I. c. XI. p. 75.

CCLXIV. 1. olim *Segusii* fuit, in cuius op-

oppidi lapidibus eam recensuit. Epigraphen *Guichenon*, in *Historia Genealogica Sabaudiae*, Tom. I. p. 57. quo minus pro ἀνεκδότῳ haberi potest, cum *Donius* quoque III. 68 dederit. Veram columnae imaginem depingendam curarunt Editores *Marmorum Taurinensium* Part. I. p. 249. XIX. vnde crebram eiusdem tituli repetitionem apud *Maffeium*, in *MuseoVeronens.* CCXIII. 2. & *Donatum*, in *Supplemento*, p. 71: 1. nemo admodum flagitasset.

— 2. *Don.* VI. 70.

— 3. adfuit iam in editis *Cyriaci Inscriptionibus* p. VII. n. 55.

— 4. Neque hoc obseruare neglexit *Maffeius*: alteram enim *Brixianam* retulit *Veronae illustratae* Part. I. p. 361. n. XLIII. alteram vero *Bergomatem*, cui deest principium DD. NN. FL. ibidem protulit, p. 368. n. LXX. repetiitque in *Mus. Veron.* CCCLXXIX. 4. quem vide.

— 8. e *Collectione veterum Inscriptionum* in *Veteribus Analectis*. p. 360. n. 14. infra, quasi antea lucem non viderit, e schedis Cyriaci, remeare iubet; CDLXIV. 8. vel sic tamen in Indice Nominum duo *Eupraxios*, velut diversos, distinxit, alterum CCXLIV. 8. corrige CCLXIV. 8. alterum CDLXIV. 6.

— 9. rursus suae immemor operae eundem infra in censum revocavit MCMXCV. 4.

CCLXV. 1. columna milliaris indicio principii huius tituli. Lapis XXXIII. vet. iunctis numeris LXXXIII. a columna, vt recte coniecit *Hagenbuchius*, *Epist. Epigraph.* p. 350. Similis in mentem mihi venit columna a

Paulo Maria Paciaudo, in *Antiquitatibus Ripae Transonis* data, (*Miscellanee di varie Operette*, Tom. VI. p. 207.) e cuius tituli exesis literis hanc sententiam elicuit: *Dominis nostris Valentiniano, Valenti et Gratiano, Felicibus Triumphatoribus Religionis et Fidei Auctoribus.* Novissimorum verborum fides sit penes interpretem.

— 2. Similis, si non eadem, saltem *Reatina* est Columna Milliaris apud *Fabrett.* IX. 501. eamdem certe iam ędiderat *Pompeius Angelotti* in *Descriptione Vrbis Reate*, c. IV. p. 32. Tom. VIII. Part. III. *Thes. Ital.* vbi in capite tituli cernuntur numeri XXXXII. *Haverkampus* autem in fine illud MVLTIS explicat, per MVLTIPLICATIS, inepte l. immo retinendum MVLTIS XX. i. e. *Multis Vicennalibus*: vti est in numo meo veteri aereo *Iuliani* Imperatoris VOT. X. MVLT. XX.

— 3 *Don.* II. 105. 106.

CCLXVI. 1. non integrior est in editis *Cyriaci*, p. VII. 54. quamquam aliter dispositis versibus Si illud *Semper* postponi *Augustis* possit, legere ausim. *Dominis Nostris Arcadio et Honorio Augustis Semper*, vel Sempiternis *Hoc Spectaculum bis Procurator Eusebius Dedit.*

— 3. *Don.* II. 157. Nescio, an transposita vocula ET legendum sit PATRICIO ET RICIMERE: qui COSS. fuerunt *A. Dom.* 459. v. *Relandi Fasti*, p. 639.

— 5. Paulo plenior apud *Don.* III. 74. & *Gudium*, XCVI. 7.

— 7.

— 7. in pondere marmoreo lectum esse testatur *Sirmondus ad Sidonium Apollinarem*, L. VIII. Ep. VII. p. 1075. Tom. I. Oper. vnde iam dudum habuit *Reinesius* III. 73. *Spon.* IX. p. 303. *Fabrett.* VII. 37. Solus *Donius* II. 156. in tessella.

— 8. *Don* II. 154. 155. sed nec *Gorius* nec *Muratorius* meminerat, iam a *Reinesio* saltem primam tegulam vulgatam fuisse, II. 53. Etenim primum iam a *Donato*, de *vrbe Roma*, L. IV. c. 3. p. m. 297. descriptam *Rupertus* in *Epistola* ad *Reinesium*, XLVIII. p. 440. ipsi commendaverat. vnde eius Syntagmati locus est datus.

— 9. *Inscription. Florentin.* Tom. II. p. 356

CCLXVII. 2. Vereor, ne corruptum sit nomen FROSIUS pro TROSIVS argumento exempli *Gruteriani* CLXXIII. 3.

— 6. *Don.* II. 47.

CCLXVIII. 1. aut male descriptus, aut confusus cum alio est titulus, versus certe 2. dimidia sua parte, et 3. Δουκας Αγγελος Κομνηνος ὁ Παλαιολογος huc non pertinet. Sciendum autem est horum principum et imagines, CPoli in Deiparae περιβλεπτου aede visas, & Epigrammata fideliter esse depicta a Carolo du *Cangio* cum in *Historia Byzantina*, Part. I. p. 233. tum in *Dissertatione de Imperatorum CPolitanorum Numismatibus* Tab. VI. ad §. LXVII. p. 46. 47. Tom. III. *Glossarii* verae editionis *Parisiensis* 1678. fol. vnde didici vers. 1. & 4. vtrobique χειρὶ vers. 5. ΚΟΜΝΗΝΗ, & vers. 6. ΠΟΡΦΥΡΟΓΕΝΝΗΤΟΣ.

— 4. cur e ſchedis? cum toties praeſto fuerit in *Sponii Itin.* Tom. I. p. 386. *Wheleri Itiner. Dalmat. Graec. & Orient.* L. II. p. 148. *Eduard. Smithi* CPoleos Brev. Notit. p. 101. *opuſc. Anſelmi Banduri Imperii Orientalis & Antiquitatum CPolitanarum.* L. VII. p. 183. n. 527. Tom. I. Cf. quoque *Chiſhul Iter Turcicum*, p. 47. vbi verſ. 2. KAINOI.

CCLXIX. 1. L. I. *Bibl.* c. 55. p. 65. edit. *Weſſel.* Servare debuiſſet in *Graecis* ΣΕΣΟΩΣΙΣ non Σεσωσρις.

— 2. Diod. Sic. I. *Bibl.* c. 47. p. 56. 57. ed. *Weſſeling* corrupta hic terminatio ΟΣΥΜΑΝΔΙΑΣ pro ΟΣΥΜΑΝΔΥΑΣ ſingulare regis nomen, an cognomen *Memnonis*, *Seſoſtris*ve fuerit, quis fidem praeſtet? Forte Ισμανδης apud *Strabonem* XVII. p. 1167. D. aliquid neceſſitudinis habet cum *Oſymandye*, vel *Oſymandya*.

— 3. in vita *Alexandri* p. 703. B. proprie titulus hic ſepulcri Cyri, Perſicis erat conſignatus literis, graecis vero literis reddi, & infra eum incidi juſſit eo modo. *Alexander.* Interim mirum, paulo aliter ab *Arriano*, VI. de *Expeditione Alexandri* p. m. 272. ed. *Gronov.* proditum fuiſſe: Ω' Ἄνθρωπε, ἐγὼ κῦρός εἰμι, ὁ Καμβύσου, ὁ τὴν ἀρχὴν Πέρσαις καταστησάμενος, καὶ τῆς Ἀσίας βασιλεύσας· Μὴ οὖν φθόνει μοι τοῦ Μνήματος, niſi forte ſententiam duntaxat verborum asſequi voluerit *Arrianus*.

— 4. Si modo eſt *Herodoti*, p. 751. ed. *Weſſel.* vnde totum tranſiit in *Anthologiam Graecam*, cum. L. III. p. 319. ed. *Brodaeo*, *Stephanianae*, tum. L. III. Titulum VII. p.

90.

90. Tom. II. ſplendidisſimae edit. viri illuſtris, *Hieronymi de Boſch*. Praeter verſum 4. qui vtrobique omisſus eſt aliquot hic operarum menda tollas velim.

— 5. L. III. c. 88. *Gronov.* & p. 243. ed. *Valckenario-Weſſeling*.

CCLXX. 1. in *Alexandro*, p. 673. c.

— 2. *Don.* II. 170. ſed iam ante a *Reineſio* commemorata fuit· quod *Gorius*, et *Muratorius* neſcierunt. Interim *Maffeio* placuit eam ad ſpuriarum ergaſtulum amandare, in *Art. Crit. Lapid.* p. 77.

— 3. in *Atticis*. c. 37. p. 89.

CCLXXI. Quem Muratorius laudat *Stampam*, in Faſtis conſularibus *Accuratisſime*, vt ait, *conficiendis in primis diligentem*, eum alios, praeſertim *Iac. van Vaasſen*, Philologum Alcmaranum, peritisſimum ſane & acutisſimum Faſtorum, ſi per immatura eius fata ipſi licuisſet, cognitorem et inſtauratorem, non admodum probasſe in *Onomaſtici* mei Parte VI. p. 479. ſignificavi. Splendidiores *Faſtos Capitolinos* debemus *Iohanni Baptiſtae Piraneſio*, *Romae*, 1762. fol. an vbique veriores, vt ego non dicam, is certe iudicabit, qui ſingulis in cauſſis eorum exemplar ad partes vocandi copiam habuerit. Interim v. Praefatio mea ad *Iac. van Vaasſen* Faſtos Sacros, p. XXXV. XXXVI.

CCLXXXI. titulus haud dubie ſpurius. Cf. v. Vaasſen.

CCLXXXII. *Don.* VI. 88.

CCLXXXIII. primum lucem vidit, editore

Francisco Felibieno, in libro, cui titulus: *Monumens antiques*, *Parif.* 1690. 4. cuius cenfuram non modo egerunt *Acta Erud. Lipfienfia* eiusd. Anni, p. 91. fed etiam auctores *Ephemeridum Literariarum Parifienfium*, eodem Anno, p. 579. vnde tranfiit in *Fabretti* corpus, X. 571. fine vllo recentioris fabricae metu, tandem a fuis eum monumentis abesfe noluit *Montefalco*, Tom. V. *Supplem. Antiqu. Explic.* L. V. c. II. p. 106. Tab. XLIV. 2. *Sarcophagus*, inquiens, *antiquus eft, verum affirmari posfe puto, non effe ad tempus C. Lutatii Catuli referendum.*

CCLXXXVI. 1. *Don.* XII. 1. de dulus tituli antiquitate cum Muratorio itidem dubitaverim.

— 2. Vara Vibiam fequitur, vt eft in proverbio, neque multum fidei addere poterit auctoritas *Matthaei Vecchiazani*, in *Hiftoria di Forlim popoli con varie rivoluzioni dell' altre città di Romagna, in Rimino*, 1647. 4. libro, quem numquam vidi.

— 3. E fchedis quid depromere inane eft, fi editi iam libri occupaverint, tanquam *Sponii*, V. *Mifc.* p. 197. et *Pompeii Angelotti*, in *Hiftoria Reatina*. c. 9. p. 49. *Thef. Ital.* Tom. VIII. Part. III. opportune vero *P. Burmannus*, in Praefatione ad Tom. VIII. *Thef. Italiae*, p. (13.)(14.) ex *Valerio Maximo* defumtam esfe Epigraphen credit.

CCLXXXVII. 2. v. eius *Disfertationem de Villa Tiburtina* in *Disfertationibus Academiae Cortonenfis*, Tom. II. p. 177. & *Epiftolam*

etruf-

etruscam *super C. Inscriptionibus* ad *Calogeram*, Monachum *Camaldulensem*, in eius *Opusculis Scientific.* Tom. XIX. n. 16. p. 123.

CCLXXXVIII. 1. Similem titulum sed M. Mummii Cos. habet *Fabrettus*, V. 293.

CCLXXXIX. 2. Fortassis *Bimardus* ex *Itinere Literario duorum Monachorum Benedictinorum*, Part. I. p. 300. decerpsit. Ipsa Nominum scriptura falsi tacita index est.

CCXC. 1. Plane fallitur *Muratorius*, cum hunc lapidis titulum eiusque Consules ad Annum Vrbis 656 trahit, edicitque *Licinii Crassi* praenomen non P. sed M. fuisse. Erroris sane convincitur a *Piranesio*, in *Fastis*, p. 27. disertis et superstitibus literis: LENTVLVS P. LICINI.. neque illi Anno accommodari poterat, quoniam mensis *Iulii* fit mentio; qui tum *Quinctilis* adhuc appellabatur. Bonum igitur factum, suo paulo post loco A. v. 739. infra alligatum esse CCXCVI. 4.

—— 2. *Commentario in mutilum Campani Amphitheatri titulum*, c. 8. p. 148.

CCXCI. 1. dudum emissa in lucem erat a *Iac. Antonio Monaco* in Epistola etrusca *de antiqua Colonia Grumenti, hodie Saponaria*, in *Napoli*, 1713. 4. (v. *Giornale de Letterati*, Tom. XX. Art. III. p. 28.) vbi *Vir doctus* Epigraphen sic explevisse dicitur: *Decimus Bruttius Caii filius Sergia Aedilis* pro *Q. Amurio Patrono Coloniae Grumentinorum de sua pecunia faciundum curavit L. Cornelio Q. Caecilio Cos.* Postea tota haec Epistola immigravit in *Calogerae Opusculorum Scientificorum*

Syl-

Syllogen, Tom. XVIII. p. 317. vbi invenio *Monacum* interpretationem ſuam verſus 2. & 3. nonnihil immutasſe, legisſeque: *Pro Quaeſtor Murum Pedum* C̄C̄. *de ſua Pequunia coeravit.* Non enim ait clare apparere, alteram literam C. formam literae G. referre.

— 2. Schedae *Iucundi* fruſtra novitatem tituli perſuadent, vbi certam eius memoriam attulerunt tot libri, *Mazochii*, *Epigr.* XXI. *Boisſardi*, T. I. Part. 2. p. 65. et Tom. II. Part. III. p. 101. *Gruteri*, CLXX. 6. *Nardini*, *Antiquae Romae*, p. 292. *Guthberlethi*, *Inſcript. Smyrn.* p. 141. rel. eius quoque lapidis Capitolini auctoritate ad hunc annum Vrb. 675. vſus eſt *Piraneſius*.

— 3. *Marm. Felſin.* Sect. V. c. XXV. p. 368. apud *Reineſium* vero V. 24. & *Fabrett.* I. 195. legitur verſ. 1. DOSSE. vnde *Reineſius* DOSSEnum dominum architectatus eſt, non admodum veriſimiliter! Immo, quoniam vilem gladiatoris perſonam nemo facile ſuſtinebat, niſi ſervus, exiſtimaverim, *Philodamum* hic intelligi debere DOSSAE ſive DOTIE Servum. Tales enim fuerunt omnes illi a *Malvaſia*, & *Fabretto* l. l. commemorati, qui ſpectatulo fuerunt populo, *Fauſtus Antoni: Myrtilus Attiae*, *Pamphilus Servili* h. e. ſervi. Error praenominis D. in *Caſſio* non profecto faſtorum Capitolinorum esſe poteſt, vtpote qui manifeſto offerunt LVCVLL. C. CASS. (v. *Piraneſius* ad hunc annum p. 29.) neque eſt aut *Reineſii*, aut *Fabretti*, ſed ſolius *Malvaſiae*. Ceterum illud compendium literarum

SPECT.

SPECT. aut SP. reddi non posse per SPECTACVLVM, verbum integre prolatum SPECTAVIT apud *Fabr.* I. 188. demonstrat.

CCXCII. 1. *Inscript. Etrur.* Tom. I. p. 74. n. CCX. sed ipse quoque *Gorius* iam monuerat, apud *Reines.* V. 60. et *Fabrettum* legi, I. 196. Adnotare simul potuisset, male apud *Reinesium*, & *Gudium*, in *Indice* LXXXVI. edi: PETICA.

— 2. Non *Gruterus* solum LIV. 13. sed etiam *Reinesius*, ad I. 81. p. 119. ita titulum recensuit, sed vterque, vti *Muratorius*, operam lusit. Plane futilis enim, et spurius est, vt *Maffeius* in *Arte Critica Lapidari* ostendit, L. III. c. IV. p. 278. 279. exemplum simul desiderans, vnde appareat, verum esse, quod scribit *Reinesius*, *nomina gentilicia non minus quam praenomina per siglas exprimi solere in saxis.*

CCXCIII. 1. ad *Sctum de Bacchanalibus*, p. 883. Tom. I. *Thesauri Poleniani.*

— 2. edita iam *Cyriaci Epigrammata*, p. XX. n. 138. protulerant. Immo e schedis *Langermannianis* iam *Reinesio* XIX. 21. nota fuit, vbi emendatius vers. 1. MELEOFLVS O. E. A. D. id est *Ollam Emit Ante Diem.* quae novissimae siglae cum non τελεια στιγμη discernantur, id semilatinis hodie ius dedisse videtur, vt non *die* hoc illove, sed *ad diem* quid egisse, fecisse, evenisse scribant. Apud *Reinesium* vero deest vers. 2. sive illud NAT. sive LAT.

— 3. *in mutilum Campani Amphitheatri titulum*, c. I. p. 18. eumdem titulum ante eum si-

ſine dubio vidit & deſcripſit *Gudius*, CXXI. 6. & *Camillus* Peregrinus, *de Campania Felice Disſert. IV.* p. 478. Tom. IX. Part. I. *Theſ. Ital.*

CCXCIV. 1. Quid opus erat tabulam illam nobilisſimam Capuanam, toties ab *Appiano*, CCCXV. *Marliano*, *in Annal. Conſulum* 1560. fol. p. 100. *Smetio*, poſt fol. LXIV. *Grutero*, CCXCIX. *Pighio*, in *Annal. Rom.* ad A. V. 719. p. 494. 495. Tom. III. *Donio*, V. 4. et, quod nemo expectasſet, poſt *Muratorium* a *Donato*, in *Supplem.* 155. 156. ex iisdem *Iucundi* ſchedis recoctam, pasſim emendatam, interpolatamue denuo apponere? Si varietatis lectionum dubia interdum fides optionem dare poteſt, aliud certe nullum ad veri videndi cauſas magis idoneum putaverim exemplum, quam *Pighianum*.

CCXCV. 1. *Oſſervazioni ſopra Cimiteri*, p. 515. cuius valde corrupti nominis cauſa legantur *Piraneſii* ad Faſtos Capitolinos *Notae*.

— 3. ap. *Grut.* non MXIX. ſed MXXIX. 4. vbi corrupte TREBOLAE. correxit ex lapide *Gudius* Qui vero prioris lateris titulum in *Grutero* deprehenderat, nonne alterius quoque lateris Epigraphen in *Donio* V. 28. detegere poterat, quam poſtea *Donatus*, in *Supplem.* 71 : 3. vt cognitu necesſariam denuo inde renunciaverat?

CCXCVI. 1. *Inſcript. Etrur.* Tom. I. p. 72. CXCVIII. Cf. *Maffei Critic. Lapidar.* p. 79.

— 2. *Don.* II. 58. 59.

— 3.

— 3. *Antiquit. Explan. Supplement.* Tom. I. Tab. XX. ad p. 60. ex *Boissardi* libro ſcripto, vbi ſupra Iovem ſedentem & Genium haec leguntur: GENIO DOMVS AVG TS forte: *Genio Domus AugVSTAE*, ſed eadem iam Epigraphe extat ap. *Gruterum* X. 2. & *Vignolium*, in *Inſcript. Selectis* p., 192. quorum neuter habet verſ. 3. C. AP. ſed C. AR.

— 4. *Inſcript. Select.* p. 331. quem titulum antea male ad A. V. 656. accommodaverat CCXC. 1. eum nunc recte legitimo A. V. 789. vindicavit v. *Piraneſius* in *Faſtis*.

CCXCVII. 1. *Inſcript. Florent.* Tom. I. p. 408: 219. Antea tamen et *Sponiano*, VIII. Miſc. p. 277. & *Gudiano*, XCVII. 2. corpori inſerta fuit.

— 2. Deſcripſerat quidem *Gudius* Florentiae, in villa Angeli Galli, CCCLVIII. 7. ſed poſteaquam lapis Veronam migraverat, accuratius prodiit opera *Gorii*. *Inſcript. Florent.* Tom. I. p. 429: 1. & Tom. III. p. 114: 109. inprimis *Maffei*, in *Muſeo Veronenſi*, CVIII. 2. et in *Artis Criticae Lapidariae*, L. III. c. 2. p. 185. omnes habent *TI. Latinius*, non T. Illud vero *Manſum*, forma dicendi e trivio ſumta eſt, vt *Muratorius* ipſe alio loco in *Antiquitatibus Italiae Medii aevi*, Diſſertat. XXXII. p. 1010. Tom. II. bene docuit.

— 3. *Don.* V. 117.

— 4. Natale velut ſolum lapidis eſt *Brixia*, tum migratione *Verona*. vid. *Maffei Verona Illuſtrat*, Part. I. p. 353. n. VIII. quem laudare ſatis erat. *Pauli* vero *Galeardi*, qui libellum ſub titulo: *Parere intorno all' antico ſtato de Ceno-*

ma-

mani, *Patavii*, 1724. 8. emiserat, eumdemque titulum ex corrupto *Vinaccesii* ad *Monumenta Brixiana Rubei*, p. 234. exemplo vitiose repetierat, auctoritate carere poterat. Melius fecisset, si ante vtrumque et *Fabrettum*, IX. 488. et *Philippum a Turre*, de *Colonia Foroiuliensi*, p. 362. consuluisset; sic enim vers. 2. non ARIODOTVS sed NYMPHIODOT. vers. 7. C. Salvio, vers. 8. C. POSTUMIO COS. nec. vers. 9. VIIviris, sed II. viris scripsisset. Interim si quid dubii in suo *Veronae Illustratae* exemplo reliquerat *Maffeius*, id totum in novo *Musei Veronensis* typo CIX. 1. sustulisse visus est. Inde fortassis natum sibi ius esse putavit *Donatus*, eumdem titulum in *Supplemento*, p. 157 : 1. nobis redonandi.

— 5. in *Inscriptionibus Selectis & variis*, p. 313. Ad eiusdem anni Consules opus Doliare pertinet, quod *Io. Bapt. Piranesius* in fronte *Lapidum Capitolinorum*, sive *Fastorum Consularium*, et in *Tabulis Castelli Aquae Iuliae* (*Del Castello dell' Acqua Giulia*) Tab. IV. depingendum curavit, cuius titulus huiusmodi est:

OPVS DOLIARE· EX PRA
C MARC C ASINIO COS.

— 6. Nonne superioris tituli sui LIX. 8. memor ab hac *Festi* emendatione cavere sibi poterat? salva certe *Festi* auctoritas est, postquam *Gorius* ipse qui prius *Inscript. Florent.* Tom. I. p. 440 : 61. aliorum schedis deceptus

tus male dederat STATIAE. deinceps inspecto lapide ingenue fassus est Tom. III. *Inscr.* p. 108. sine controversia legendum esse STATAE MATRI.

CCXCVIII. 2. Emendatior sane ex *Donio* prodiit V. 65. cum et in *Reinesiano*, V. 29. et in *Fabrettino* I. 190. exemplo nonnulla desiderentur: ipse etiam *Reinesius* istud heri, *Fadeni*, frustra mutaverit in *Vareni* nomen. Vndenam haec tessera Leidam in Museum Thomsianum, vbi pridem vidi, et descripsi, transierit, nescio.

— 3. Fierine potuit, vt *Muratorium* lateret, id laterculi fragmentum dudum a viro egregio *St. Vinando Pighio*, in *Annal.* ad A. V. 750. p. m. 529. Tom. III. Ann. et ex eodem a Polyhistore *Reinesio* X. 3. emendatius occupatum, simul in *Epistolis ad Rupertum*, p. 159. seque illustratum fuisse. Illorum igitur fide restituenda sunt vers. 13. Florus Spindontis vel Spondontis. vers. 14. *Gaa* non Galla, vers. 16. EMER*unt.* vers. 21. PSES an *Hypses*, vel *Hypsaeus*? frustra *Reinesius* confinxit P. SEStius, vers. 22. ISOCHRYSIAN. & post vers. 24. integer versus inseratur P. VINVCIO P. VARO COS (A. V. 754.)

— 4. eadem corrupte revertitur CDIX. 2.

CCXCIX. 1. attulit quoque *Dominic. Georgius*, ad *Baronium* & *Pagium. Ann. Eccl.* p. 33. Tom. 1. ed. *Lucc.*

— 2. *Inscript. Etrusc.* Tom. II. p. 448: 57.

— 4. *Malvas. Marm. Felsin.* Sect. V. c. XXV. p. 368. vbi tamen non VIBIVS sed VIRIVS legitur. *Hagenbuchius*, vir acutissimus, in *Epist. Epigr.* p. 371. dum altero Consule *Vibio* titulum explere conatur, fortassis vnius consulis vsum exemplo carere existimavit. quem tamen praeter hanc tesseram, *Apronio* solo notatam, alia *C. Sentio*, ap. *Malvasiam*, V. XXV. p. 368. *Fabrett.* I. 194. & *Murat.* MMC. 2. i. e. C. *Sentio* Saturnino & Sex. Aelio Cato insignita, approbare videtur. An ex alius tesserae ap. *Malvas.* V. XXV. p. 368. obviae, et a Muratório CDXXXIII. 1. repetitae subscriptis nominibus ARRIO VIR. artis criticae vi et ope tam facile expediri possit APRO*nio* & *Vibio* COS. aliorum sit iudicium. Quidni per ARR*ium* intelligere possis *Arrium Paetinum*, collegam Ventidii Aproniani, A. V. 875. consulem?

— 5. *Don.* V. 174. Antea quidem dederat *Ioh. Lucius*, Traguriensis, in Libro de *Regno Illyrici*, c. 3. p. 43. Tom. XIV. *Thes. Sic.* sed aliter ordinatis versibus & male omissa voce VIRO ante EPVLONI. CCC. sine numero dudum iam literis *Fabretti* VI. 144. et *Gudii* in *Indice* LXIV. custodita erat. add. *Hagenbuch. Epist. Epigr.* p. 373.

CCC. 1. *Diario Italico.* c. XXV. p. 357. & *Gorio*, *Inscript. Florent.* Tom. I. p. 74. CCIX.

— 2. Exscripsit primum *Sponius*, in *Itinere*, Tom. II. p. 397. sed minus accurate, tum elegantissime *Montefalco*, in *Palaeographiae*,

phidae, L. II. c. 2. p. 148. & in *Supplemento Antiquit. Explic.* Tom. II. L. V. c. 2. a p. 100= 107. Tab. XXX. ad quam memorabilem inscriptionem legi meretur *Ed. Corsinus*, in *Fastis Atticis*, Dissertat. XI. p. 154. sequ; Tom. II.

CCCI. 1. emendatior prodiit in *Maffei Museo Veronensi*, CCCLIII. 1. indeque in *Donati Supplemento*, 157:2. e quibus exemplis constat, legendum esse M. CALEVII PACATI.

—— 2. supra adfuit CCXXV. 3. obseruandum h. l. apud *Vulpium*, cuius supra memini, versu 4. non legi SAC. sed LEG. et vers. 5. PROCOS pro O COS.

—— 3. *Marm. Felsin.* I. 11. 23. sed ante iam viderat *Sirmondus*, ap. *Reines.* XVII. 32. qui hos COSS. in suffectis habet, et *Gudius*, vid. Indicem Consulum p. LXI.

—— 4. primum fuit apud Philippum Cardinalem Gualterium, dein *Alexandr. Albanum*, vt lego in *Ficoronio*, *della Bolla d'oro*, p. 49. tandem in *Museum Capitolinum* immigravit v. eiusdem *Ficoronii La Vestigia e Rarita di Roma antica*, Part. I. p. 53. et *Io. Bapt. Gaddii Romam nobilitatam*, p. 203. In lucem primum exiit, quantum sciam, opera *Franc. Blanchinii* in Adnotationibus ad *Anastasium Bibliothecarium*, Tom. II. p. 2. tum diligentia *Lupi* ad *Epitaphium Severae Martyris*, p. 55. praeterea illorum, quos modo laudavi, studio, ad etremum *Donati*, in *Supplem.* 157 : 4. cura. E quibus omnibus exem-

plis patet, verſ. 2, nihil inquinatius esſe nomine Q. TEOLVS pro TEDIVS.

CCCII. 1. Hae primum tabulae hoſpitales inventae ſunt *Brixiae*, teſte *Rubeo*, in *Memoriis Brixianis*, p. 176. vnde exemplum ſuum ſumſit *Reineſius*, VII. 18. mox Veronam abierunt, et in Muſeo *Muſcardiano* aliquamdiu velut hoſpitatae ſunt, argumento ipſius *Muſei Muſcardiani*, *Veronae* 1672. fol. Part. II. p. 413. 414. quarum imaginem ad exemplaris fidem non modo *Paul. Galeardus* in libello, *Parere intorno all' antico ſtato de Cenomani*, p. 130. ſed etiam ill. Marchio *Maffeius* in *Hiſtoria Diplomatica* ad p. 38. depingendam curavit, illata ſimul animadverſionum ſuarum luce, tandem ſtabilem in *Muſeo* vrbis *Veronenſis* ſedem invenerunt, proinde easdem, tanquam nobilisſimum Muſei Publici peculium, denuo ad poſteritatem commemoravit *Maffeius*, in *Muſeo Veron.* CDLXXII. CDLXXIII.

— 3. *Marm. Felſin.* V. XXV. p. 368. qui plene ASPRO ſcripſit: contra *Fabrettus*, I. 193. voce dimidiata ASPR. quod exemplum ſequenti *Noriſio* integrum erat, non *Aſperum*, ſed *Aſprenatem* interpretari, in *Epiſtola Conſulari*, p. II. ed. *Bonon.* 1683. 4.

— Recte ſane Muratorius dubitat de nomine alterius *Sextidii*, legendumque cenſet divellendo literas SEX*tus* TIDIVS vel TEDIVS, quandoquidem vtrumque et *Fabretti*, VI. 95. et *Gudii*, qui ipſum marmor vidit, in *Indice*, p. LXIV. exemplum, hanc ſuſpicionem adiuvat. Quantum vero conicere poſ-

ſum

ſum ex vtroque exemplo verſ. 3. non legendum esſe puto VLPIVS. ſed *r*VPILIVS.

CCCIII. 1. *Epiſtola conſulari*, p. 18. ed. *Bon.* vel *Oper.* eius T. II. p. 860. Male igitur *Erneſtius* ad *Sueton. Galbam* 4. noſtrum *Muratorium* accuſat, quaſi tesſeram hanc gladiatoriam dudum editam a *Grutero* pro inedita venditaverit. neutrum accurate ſcriptum: apud *Gruterum* profecto non extat. *Erneſtius* enim hunc titulum cum fragmento faſtorum Gruteriano confudit, dein cum Noriſium anteſtatur *Muratorius*, nemini perſuadere voluit, ſe minus editam protulisſe. Id ſolum ipſi vitio dari posſit, eum ignorasſe, iam in duobus corporibus Epigraphicis *Malvaſia*, *Marm. Felſ.* V. XXV. p. 368. & *Fabretto* I. 192. memoriae mandatam esſe. optime vero *Muratorius Noriſium* & *Pagium* in *Crit. Bar.* ad A. C. 33. n. I. alterum quippe in faſtis *Gruteri Serv.* corrigi, et mutari in L. alterum in hac fortasſis tesſera non L. ſed *Serv.* ſcribi oportere exiſtimantes falſi ex ipſo *Suetonii* loco convicit, vid. hic omnino *Graevius* & *Oudendorpius* ad illum Suetonii locum.

—— 2. de his COSS. vid. *Torrentius*, aliique viri docti ab *Oudendorpio* ad *Sueton. Tiber.* 73. laudati.

CCCIV. 1. *Don.* I. 55. verſ. 2. omisſa vox eſt SACR.

—— 2. Quem titulum e Ligorii ſchedis tamquam nondum editum h. l. vulgavit Muratorius, eumdem infra CMLXXII. e *Donio* III. 1. reverti iusſit, neutrubi, vti etiam *Gorius*, *Sponianae* iam operae VI. *Miſc.* p. 215. memor.

mor. In omnibus tamen exemplis verſ. 6. cognomen A. *Larcii Ludus*, vel *Lydus*, minime mihi ſanum esſe videtur. Equidem ſic legerim: *Praeſens* & *A. Larcius* LVDOS DE-Derunt.

— 3. *Sopra i Cimiteri de' SS. Martiri*, L. I. c. 39. p. 210.

CCCV. ad *Tabulam Antiatinam*, quae primum edita fuit a *Franc. Blanchinio*, in *Prolegomenis*, *Tomi* II. *Anaſtaſii Bibliothecarii de vitis Pontificum*, Romæ, 1723. fol. mox *Ioſeph. Roccus Vulpius* eamdem *Veteri Latio Profano*, Tomo III. L. IV. c. 3. a p. 50=58. Tab. IV. inſeruerat, eodemque anno ſingularem libellum ſcripſerat ſub hoc Indice: *Tabula Antiatina e ruinis Veteris Antii nuper effoſſa interpretatione & notis illuſtrata Romae*, 1726. 4. quam cum videret *Blanchinio* diſplicuisſe, ſive alicubi, ſive in *Camera ed Inſcrizione Sepulcrali de' Liberti, Servi*, in Roma 1727. fol. cap. vltimo a p. 73. eamdem defendere conatus eſt *Vulpius* in Praefatione ad Tom. IV. *Veteris Latii Profani*, p. IX=XVIII. An vbique exemplar Blanchinii accurate renovatum ſit a Muratorio dubitare coepi, poſtquam inveni, in Columella tertia verſ. 21. ſ. pro *Euphemus Lian Diſpenſ. Euphemus Piſtor.* ſcriptum duntaxat esſe *Ianuarius Piſtor.*

CCCVI. quomodo e Schedis? cum ad manus haberet *Gruterum* CLXXXIV. 2. et *Donium* II. 128. quanquam nihil ad *Donium* obſervarit *Gorius*, ne mendum quidem *Donii* VETVSTOS pro VETVS COS ſuſtulerit.

— 3.

— 3. Idem Fragmentum Fastorum laudavit *Georgius Mansius* ad *Pagii Critic. Baron.* A. C. 63. n. 1. p. 601. T. 1. ed. *Luc.*

— 4. *Don.* II. 165. olim fuit portiuncula *antiquariae supellectilis Pauli Petavii*, in Francorum curia Senatoris, Tabula, si numerentur, 16. ex qua cognoscimus, legitimam vasculi sive canthari formam, in quo reconditi fortassis erant *Asses* aeris gravis, inde verisimilis ratio, cur supra indicarentur: ASSES: non ASSIS. Mirum nesciisse & *Gorium*, et *Muratorium* iam descriptum legi hunc titulum apud *Spon.* IX. *Misc.* p. 304.

CCCVI. 1. *Don.* V. 110.

— 2. edidit quoque *Mansius*, ad *Pagii Critic. Baron.* A. C. 68. n. 1. p. 655. Tom. 1. ed. *Lucc.* item *Donatus* in *Supplement.* p. 158: 3.

— 3. Minime assecutus est exemplarium suorum elegantiam et accurationem. Primus hanc tabulam honestae missionis vulgavit *Gorius Inscription. Etruriae*, Tom. I. ante p. 257. n. 45. mox *Maffeius*, quasi laudem editionis *Gorio* erepturus, in *Historia Diplomatica* ad p. 29. sequ. iterumque in *Museo Veronensi* XCVII.=XCIX. describendam et illustrandam curavit, tandem *Gorius* idem monumentum, velut Musei Florentini mancipium ad suam procurationem pertinere ratus, denuo vtiliter cum Epistola *Hagenbuchii* spectandum praebuit Tom. III. *Inscript. Flor.* p. 144.=151. vnde non modo, sed etiam ex laudati modo *Hagenbuchii* Epistolis *Epigraphicis*, p. 356.=350. omnia velim reperantur

tur, quaecunque ad exempli *Muratoriani* emendationem conducere videbuntur.

CCCVII. 1. Alia similis est tabula duplici velut facie, interiore vna, altera exteriore, sigillatim descripta a *Maffeio* in *Verona Illustrata*, *Part.* II. p, 270. 271. n. VIII. quam Muratorius in vnam conflavit, non sine plurimis mendis. Sic enim vitiose reddita sunt vers. 7. SIT pro EST vers. 8. DVXERINT pro DVXISSENT omissa plane voce DVMTAXAT, vers. 9. SINGVLIS nullo sensu pro SINGVLAS ibid. non extense incisa sunt verba: DESCRIPTAE ET RECOGNITAE sed vel DESCRIP. ET RECOGNITVM vel DESCRIPT. ET RECOG. mox adulterata prorsus est Epigraphe: INVIA QVA. F. FIXAE pro EX TABVLA QVAE FIXA EST versu 10. pessime AD ARMA pro AD ARAM. vt recte iam observavit *Gorius*, *Inscript. Flor*, Tom. III: p. 150. idque clarissime apparet ex superiori tabula IN ARA Gentis Iuliae CCCVI. 3. neque vers. 14. in exemplari Maffeiano legitur MATTHA. OPVLAI F. Sed MATTHAIO POLAI F. ita vers. 15, apud Maffeium legitur A PAMAA vers. 16. SACE OS ANLIO quae nominum genera interpretatur per *Apamea*, et *Sacerdos Antio*, ideoque *Antiochenus*, vers. 18. CHAEREA non CHAREA.

— 3. *Gori Inscript. Etrur.* Tom. II. p. 18. n. 13.

— 4. ita quidem *Vulpius* ei praeivit in *Veteri Latio Profano*, L. VI. c. V. p. 53. 54. Tom. II. item *Corradinus Veter. Lat. Profani* L. II. c, 20, p. 196. bis terve, accuratior *Vulpio*, Atta-

tamen praestitisset, *Gudium* in consilium vocare, qui longe emendatiorem dederat CCXXXIV. 5. Propterea in locum vitiorum vers. 3. suffici debet BELLICO vers. 5. SEX. EBVRIVS vers. 8. SEX. F. SEX. N. TIRONI.

— 5. *Inscription. Selectar.* p. 337. neque *Vignolius* solus fuit, qui eam laminam aeream describeret, sed etiam *Gorius*, in Praefatione ad *Donium*, p. LXVI. ad Tab. VIII. ipseque inventor *Franc. Ficoronius*, in *Le Memorie ritrovate della prima e seconda città di Labico, in Roma*, 1745. *p.* 36. nihilominus tamen infra minori emendationis cura, et loco alieno revertitur CCCLIX. 2.

CCCVIII. 1. in *Periculo* iam annotavi, *Sponium* huic titulo novitatis ius ademisse. addere nunc licet, *Malvasiam* in *Marm Felsin.* Sect. V. c. XIX. p. 345. et *Gudium* XII. 10.

— 2. Don. IX. 12. ad quem locum nec *Gorius* nec *Muratorius* lectores commonefecerunt, iam *Sponio* cognitum fuisse, vt in *Periculo* docui, addantur *Hagenbuchii Epistolae Epigraph. p.* 196.

CCCIX. 1. in *Periculo* iam indicavi, *Sponium* eamdem in lucem protulisse, vbi tamen *Iulia Casantia* et *Iul. Tuffitius* male exhibetur. Cum igitur apud nostrum castigatior legeretur, *Donatus* certe in *Supplemento* p. 159. 1. ipsum silentio praeterire potuisset.

— 2. *Don. f.* 35.

— 3. vellem indicasset, e quibus editis a *Blanchinio* scriptis. Id scio, *Blanchinium* non primarium huius fragmenti fontem esse pot-

 tuis-

tuisſe, ſed *Fabrettum* VI. 159. vbi ſincerum nec interpolatum forte a *Blanchinio* exemplar reperitur. inde didici, verſ. 3. IIIIVir Iuri Dicundo non ad *Rufum*, ſed *Priſcum* pertinuisſe, verſ. 4. non GALERIO TRACHALO ſed C. VALERIO TRACHALO legi, verſum 10. prorſus abesſe. verſ. 17. AVIDIVS exhiberi, pro C. AVILLIVS OCTA.... verſ. 21. AVFIDIVS IVS.... pro AVEDIVS IVS.... verſ. 28. Cn. Mummeius pro CN. MVMMIVS PIVS. verſ. 31. nullum nomen adesſe, pro C. TITEDIVS. & verſ. 35. C. SAFINIVS nude inveniri, pro C. SAFINIVS C. F.

CCCX. 1. 2. 3. & CCCXI. 1. 2. Huius *Glitii Atilii Agricolae* memoriae fragmenta valde corrupta ſunt apud *Gruterum* CCCLXVII. 1. & CDXVI. 6. 7. paulo emendatiora in *Guichenonis Hiſtor. Genealog. Domus Sabaudiae*. Tom. I. p. 65. tum in *Holtheni* Collectaneis, quae *Hesſelius* laudat in Indice Conſulum Inſcriptionum *Gudianarum* p. LXV. longe clariora in *Marmoribus Taurinenſibus*, Part. II. n. XLII. p. 29. n. XXXVIII. p. 25. n. XXXIX. p. 26. n. XLI. p. 28. & n. XL. p. 27. item in *Maffei Muſeo Veronenſi*, CCXIII. 6. 3. 5. 4.

CCCXII. 1. Exemplum ſane huius fragmenti certisſimae mihi auctoritatis esſe videtur, quod *Philippus a Turre* primum in fine *Monumentorum veteris Antii* p. 383. protulit, quoniam in Praefatione ad *Fragmenta Inſcriptionum Fratrum Arvalium* profitetur, *eas ſumma fide et diligentia ex autographis Saxis* deſcripſis-

fisse, & *saepius* contulisse *cum exemplari excepto in charta ipsis Saxis fuligine infectis impressa, ita vt in area nigra Characteres albi & marime conspicui appareant, cui industriae ne literulam quidem effugisse* certus fuit. Hoc igitur valde idoneo teste scribendum est vers. 11. VINICIO pro VINIO. vers. 12. post convenerunt inserendum AD. vers. 20. leg. VEITIO pro VETTIO. vers. 30. post GRADV III. sequitur PED. V. S. I. vers. 33. non SVMMO sed SVMMA, neque in fine versuum 31. 32. 33. litera L apparet, sed E. vers. 40. post CAESARIS leg. DIVI vers. 43. non CASTELLIO sed CATELLIO vers. 48. EVM DIEM. non CVM DIEM vers. 52. IM pro VM vers. 55. initio VS deest.

CCCXIII. 1. Verum quidem est, *Danielem Cossonum* id marmoris fragmentum misisse ad Anton. Magliabechium, & Magliabechium ad Cardin. *Norisium*, ex cuius *Epistola Consulari*, *Bononiae*, 1683. 4. edita, p. 55. vel *Operum* eius Tom. II. p. 914. vulgavit *Muratorius*, sed meminisse debuisset, biennio post Norisium longe pleniorem integrioremque hunc titulum iam promulgasse *Sponium*, X. *Miscell.* XCIII. p. 353. qui inspici meretur.

—— 2. novum Μετωρίας argumentum! Hic vt nondum editam profert, in *Donianis* V. 113. et *Gudianis* CXXI. 8. iam lectam, infra tamen eamdem ex *Phoebonio* & *Donio* reponit MXLI. 3.

—— 3. cognita iam fuit ex *Grutero* CMXCVIII. 8. &. *Gudio* CCCLXIII. 4. hoc

hoc solo discrimine, ut nomen heri *Antistii Rustici*, & herae *Mummiae Nigrinae* hic sanius esse videatur.

CCCXIV. vers. 2. verba AGATHOS. C. L. ATRIVM valde sunt corrupta. Ingeniose restituit *Gasp. Aloysius Odericus* in *Coniecturis* suis *de Argenteo Orcitirigis numo, Romae*, 1767. 4. p. 56. legens, AGATHO SOLARIVM. Ceterum hanc inscriptionem bene illustravit *Bimardus de la Bastie*, in *Remarques sur quelques Inscriptions antiques*, Tom. XV. *Histor. Academ. Paris. Inscript.* p. 436.=445. vbi nescio quo auctore vers. 6. pro *circumitum* vel *circuitum* legit CIRCVM ITEM.

— 3. *Don.* II. 5. eodem tempore, quo apud *Donium*, in *Gudianis* quoque prodierat. LXIII. 8. vid. quae ad hunc locum observavit *Wesselingius*, pro Cornello Centurione & Sergio Paulo Proconsule in Iulianum Imperatorem, Trai. Rhen. 1752. 4 p. 27. s.

CCCXV, 1. *Antiquit. Hortae* L. I. c. 8. p. 155. attulit quoque *Mansius* ad *Pagii Critic. Baron.* A. C. 96. n. I. p. 745.

— 2. *Don.* II. 164.

— 3. Fallitur, si existimavit ἀνέκδοτον fuisse Retulerat iam *Lupus* in *Dissertatione ad Severae Martyris Epitaphium*, p. 120. addatur *Ios. Roccus Vulpius* in *Epistola supra C̄ Inscriptionibus* apud *Calogeram*, in *Opusc. Scientif.* Tom. XIX. p. 164. n. 74.

— 5. *Fabrettus* autem diu ante hanc Epigraphen vulgavit in *columna Traiani*, c. IX. p. 273. ubi vers. 1. non LARIBVS AV-

GV-

GVSTI sed AVGVSTIS leguiur, vti etiam ipse infra CCCLV. 1. legit, & *Maffeius* in *Mus. Veron.* p. CCI. male vers. 9. DONEX pro DONAX Cum vero hos Consules *Aelianum* & *Sacerdotem* praeeunte *Norisio* in *Epistol. Cons.* p. 134. ed. prototyp. vel p. 994. 995. *Oper.* Tom. II. in suffectis A. V. 852. Chr. 106. ipse habuerit, quid opus erat, eamdem infra A. V. 975. Chr. 223. Consulibus accommodare, neque ratio suberat idonea, cur toties descripta a *Donato* rursus describeretur, p. 161: 2. Interim ad h. l. videri potest *Ioh. Lami*, in *Antiqvam Tabulam aeneam Observationes* p. 11. et *Gorius*, in *Literis Criticis* (*Lettere Critiche*, *scritte da un Academico Fiorentino. in Lucca*, 1754. 4.) p. 24. inprimis p. 77.

CCCXVI. 1. *Don.* II. 167.

— 2. frustra ad schedas suas provocavit, cum in promtu iam esset apud *Malvasiam*, in *Marmor. Felsineis* V. III. p. 227. et *Fabrettum*, IX. 169. cum diversitate tamen quadam lectionis: ap. *Malvasiam* vers. 1. M. EPVLIO, ap. *Fabrettum*: M. EPVLLIO vers. 2. vtrobique inseritur ARIO. vers. 4. CAEPIONI praemittitur TI. & vers. 5. *Malvasiae* placet HISPONI, *Fabretto* vero DASPONI.

— 3. pariter erravit, atque olim *Almeloveenius*, in *Fastis Consularibus*, p. m. 237. cum e schedis *Ciampini* eamdem, quasi nondum editam, publicaret. *Fabretti* enim opera IV. 496. dudum plenior in lucem exierat. vers. autem 3. quod vitiose redditum est nomen, sic restitui debet: M. VALERIVS EPAPHRA.

CCCXVII.

CCCXVII. 1. non a solo *Thoma Smitho* in *Septem Asiae Ecclesiarum Notitia*, p. m. 9. prodita est, sed ante eum iam a *Sponio*, *Itiner.* Part. I. p. m. 413. *Whelero Itin.* L. III. p. 262. s. et *Paulo Ricaltio*, (vulgo *Ricaut*) in *Histoire de l'Estat present de l'Eglise Grecque & de l'Eglise Armenienne* e versione Francica *Medioburgi* edita, 1692. 8. lucem acceperat, quamquam a *Whelero*, et *Ricaltio* non satis, vt puto, emendate, vti etiam *Actorum Lipsiensium* auctoribus A. 1693. p. 7. visum est. legit enim in fine tituli, ΕΠΙΜΕΛΗΘΕΝΤΑ, reddiditque: *qui curam suscepit reformandae militiae.* cum potius credibile sit, milites Pergami praesidiarios in statua eius publice ponenda studium & operam suam collocasse, adeoque ΕΠΙΜΕΛΗΘΕΝΤΩΝ. Quod attinet ad quatuor nomina *Quadrati* illius, is cumulus non videtur insolens fuisse his temporibus, vt viri docti a me laudati in *Diptycho Magni Consulis*, p. 40. ostenderunt. Ceterum pauca quaedam corrigenda sunt. vers. 4. leg ΑΡΟΥΑΛΕΜ. versu 6. initio omissa conjunctio est ΚΑΙ ante ΒΕΙΘΥΝΙΑΣ. quam vocem argumento esse putavit *Io. Massonus*, in *Vita Plinii*, ad A. C. CIII. §. vt. supplendum esse ΠΟΝΤΟΥ. vers. 7. et 9. in locum ΣΕΒΑΣΤΟΝ sufficiendum est ΣΕΒΑΣΤΟΥ, et vers. 10. pro ΚΑΙ ΣΤΡΑΤΗΓΟΝ scribendum est ΑΝΤΙΣΤΡΑΤΗΓΟΝ. vt bene coniecit *Tydemannus* meus, in Diatribe, *de Vlpii Marcelli vita & scriptis* p. 84. Not. (b.)

— 2. *Osservazioni sopra i Cimiteri*, p. 79.

— 3. *Don.* II. 160.

— 4.

— 4. *Verona illustrata* P. I. p. 351. V. quam idem *Maffeius* renovavit & illustravit in *Museo Veronensi* CXXVI. 2.

CCCXVIII. 1. Iam editus erat a *Fr. Blanchinio*, ad *Anastasium Bibliothecarium*, Romae, 1723. fol. Tom. II. fol 122. cuius initium titudi inde decerpsit *Petr. Anton. Braschius*, de *Familia. Caesennia*, *Romae*, 1731. 4. c. XXXV. p. 315. observationibusque nonnullis locupletavit.

CCCXVIII. 2. *Osservazioni* &c. p. 78.

CCCXIX. 1. *Don.* II. 163.

CCCXIX. 3. in *Diar. Italic.* p. 449.

CCCXX. 1. vix mihi persuadere possum, eiusmodi lapidis natale velut solum *Auximum* in Italia fuisse, ideo, quod eiusdem, vt reor, hominis titulus apud *Gruter.* CCLVI. 2. & supra apud *Murat.* CCXXXVI. 4. in Hispania inventus esse perhibetur. neque tamen cognominum illa coacervatio me movet, vt de tituli antiquitate dubitem, quod saeculi morbo vsitatum fuisse modo ante significavi, ipseque Muratorius nunc recte sic interpretatur.

CCCXX. 2. Rursus *Thom. Smithus* huius monumenti primus editor non fuit in *Septem Asiae Ecclesiarum Notitia*, p. 18. sed *Spon. Itin.* Part. I. p. m. 398. & *Whelerus Itin. Asiae Minoris*, p. 214. quorum auctoritate titulus, qui passim mendis laborat, corrigi potest. Sic vers. 3. & 4. leg. *πρὸς τῷ Σαμβαθείῳ ἐν τῷ χαλδαίῳ περιβόλῳ* '*ad Iudaeorum Synagogam in Chaldaei horto.* Per *Σαμβαθιον* autem intelligendam esse Synagogam Iudaeorum recte demon-

monstravit *Io. Braunius*, in *Exercitatione* de *Sambatheio*, p. 769. sequ. *Selectorum* eius *Saerorum*, et *Io. Georg. Michaëlis* in *Exercitatione philolog* de *Iudaeorum Synagogis prope Sepulcra*, in *Symbolis Literariis Bremensibus* Tom. III. Part. IV. n. 1. p. 600. s. deserendaque est Perizonii sententia de nescio quo *Sambethes*, vel Sibyllae, templo ad *Aeliani* XII. *Var. Hist.* 35. χαλδαιω quoque nomen aptius h. l. Sponii & Wheleri nomen est, quam *Smithii* κλαυδιῳ. tum vers. 7. Αυρηλια scribendum, non Αυρελιά. vers. 11. non παρα αυτα, sed παρὰ Ἰαυτα. vers. 16. ap. *Spon.* & *Whel.* pro τοις νόμοις reperitur τῳ... Νόμῳ et vers. 23. pridem vidi in Schedis *Vechtianis* apud Cl. *Oudendorpium* scriptum ΔΗΜΟΣΙΑΝ pro ΔΗΜΟΣΙΟΝ. fortassis non inepte! quasi Δημοσίᾳ publice, publico nomine, publica auctoritate. Conferri hic omnino meretur doctiss. *Leichius* in *Novis Emendationibus* ad *Graecas Muratorii Inscriptiones*, p. 73. 74. qui tamen nesciit, hoc primum loco iam ex *Smitho* titulum Thyatirenum prodiisse, infra vero MMLII. 1. longe vitiosiorem opera *Berti* ex Angli illius *Ricaltii Etat present de l'Eglise Grecque*, p. m. 85. 86. rediisse. Copiosiora vero ad hunc locum aggregavit *Ferdinand. Stosohius*, in *Antiquitatibus Thyatyrenis* a p. 222.=245.

CCCXXI. 1. quomodo *Auximi*? In lapidibus certe Lusitanis oppidi *Laconimurgi* recensuit *Rodericus Caro*, *Antiquit. Hispal.* L. III. c. 70. p. 196. quamquam vitiose ibi versu 5. 6. ALCIBIO & CORELIO PANSA. Ipse quo

quoque *Diocles*, idem qui *Gruteri* LXXVI. 4. fuit Hispanus Lusitanus, verf. 5. dimidia vox ALB*ata* respicit ad Factionem. Interim e Ligorianis Card. *Othobonii* Schedis integriorem lege apud *Vulpium Vet. Latii Profan*. Tom. IX. L. XVI. c. 6. p. 129. qui in *Praenestinis* habet monumentis, tribuitque primo Consuli M. praenomen, pro quo *Almelovenius* A. V. 875. Chr. 122. in Fastis *Man*. intrusit.

— 2. quaenam necessitas cogit, vt AVG*ustum* hic intelligamus? Nonne satis erat AVG.*uris* cuiusdam cognomen? quod passim frequens in lapidibus, indice *Reinesii Eponymologico*. MSC.

— 3. Iam e *Donii* editis II. 123. innotuerat. Alium similem laterculum *Tibure* in loco, vbi olim villa *Hadriani*, A. 1735. erutum, *Vulpius Vet. Lat. Prof.* Tom. X. P. II. L.XVIII. c. XI. emisit, neque puto diversum esse, quem *Donatus Supplementi* titulo 162: 6. renovandum curavit.

— 5. eadem non tantum mox n. 7. sed etiam infra MCMXCVI. 4. cultiori forma se spectandam praebuit, quantumvis iam sive a *Fabretto*, VII. 179. sive a *Bimardo de la Bastie*, in *Remarques sur quelques Inscriptions antiques*, *Commentarior. Literariorum Parisiens*. Tom. XV. p. 432. et 433. lucem accepisse, qui hanc imbricis Epigraphen sic explicuit: Q. *Oppii Verecundi Deliciarii Domitiae Lucillae Aproniano & Paetino* COS.

— 6. Si idem *laterculi titulus*, qui *Ge-*

 rii,

rii, in Praefationis ad Tom. III. *Inscript. Flor. Mantissa*, p. XLVI. & *Donati* in *Supplemento*, p. 162: 3. non modo eius auctoritate nomen *Venuleii Aproniano*, sed etiam *Articuli* vel *Articuleii*, *Paetino* vindicandum foret. quae sane Onomatologia a vulgari Fastorum nomenclatura aberrare videtur.

— 8. *Osservazioni sopra i Cimiteri*, p. 532. n. 3. sed a *Fabretto* iam haec figlina occupata erat. VII. 105.

— 9. *Boldetti* p. 530: 5.

— 10. ap. eumdem p. 530: 15. neque videtur dissimilis esse exempli *Fabrettiani*, VII. 138 & *Doniani* II. 115. propterea legere malim CALPETANI, quam CAPETANI.

— 11. itidem in *Boldetto*, p. 513; 13. CCCXXII. 1. *Don.* II. 145.

— 2. *Don.* II. 139.

— 3. non e *Donio*, sed ex *Gorio*, Tom. II. *Inscr. Florent.* p. 86. qui etiam nesciit, apud *Gruterum* CLXXXIV. 12. iam legi.

— 5. Similem, nisi eamdem *Tibure* inventam figlinam e *Leslaei* Schedis habet *Vulpius* in *Veteri Latio Profano*, Tom. X. Part. II. L.XVIII. c. XI. p. 421.

— 6. 7. 9. has quoque figlinas iam *Fabretto* debebamus, VII. 137, 287 & 106. & mediam quidem correctiorem.

— 10. immo later coctilis *Tibure* repertus, teste *Vulpio*, *Vet. Lat. Prof.* Tom. X. Part. II. L. XVIII. c. XI. p. 423. & in diatri-

tribe de *Villa Tiburtina Manlii Vopisci* 186. *Dissertationum Academ. Cortonensis*, Tom. II. *Saggi di Dissertazioni Accademiche.*

— 13. neque defuit ap. *Fabrettum* VII. 137.

— 17. inter rudera villae Tiburtinae inventus hic laterculus, & cum alio eorumdem COSS. e *Georgii* animadversionibus ad Pagium decerptus est a *Donato* in *Supplem.* p. 167: 4, 5.

CCCXXIII. 1. *Osservazioni*, p. 530: 11. frequens sane est istud par Consulum *Veti* & *Ambibuli*, in priscis lapidibus, v. *Fabrett.* VI. VII=X. 54=56. *Verum* quoque & *Bibulum* nominat *Capitolinus*, in *Pertinace*, c. 15. sed cuius nominis index sit dimidia vox PROP. quam clare edidit *Boldettus*, PRO-*Pinqui*, an PROP*osti*, aut alius similis, quis divinare ausit? multo minus cuius harum literarum hominis Collegam in Consulatu *Ambibulum*, vel *Bibulum* fuisse, quis suspicetur? nisi PROP. in VERO audacissime commutet.

— 2. Primum quidem hic titulus lucem vidit opera *Franc. Hesselii* in Praefationis Appendice, ad *Gudii Inscriptiones* stell. 8. fol. 2. n. LXXXVI. sed vulgaribus literis, nec emendate, mox eodem anno longe accuratius & elegantius, in Tabulis *Petri Leonis Ghezzii*, *Romae*, 1731. fol. Atlant. Tab. X. 1. aere expressus est, vnde nomen illud gentilitium Consulis *Eggii Ambibuli* plenam accepisse fidem videtur, quamquam et nomen Eg-

gii & cognomen Ambibuli aliquam habet personam.

— 3. *Inscript. Florentin.* Tom. II. p. 391. 52. vbi recte IVSTI. non PVSTI. nec FECT. sed TECT. i. e. Tectoris.

— 4. dudum iam nobis obtulerat *Fabrettus*, VI. 55. sine nomine tamen REGVL. quod fortassis Dolearii fuit. De Ambibuli cognomine dubitationem virorum doctorum lege ad n. 56. Fabretti.

— 5. Ex eiusdem iam *Octavii Falconerii* Epistola primum etrusce scripta, et vulgata post *Famiani Nardini Romam antiquam* Romae, 1666. 4. tum latine reddita in *Thesauri Antiquit. Roman.* Tom. IV. p. 1483. cum a *Sponio*, IX. *Misc.* p. 312. tum a *Fabretto* VII. 168. descriptam habuimus. cui nouissimo interpreti lubens assentio, siglis illis non *Tertullum Decii Libertum*, sed *Tertium Domitiae Lucillae Servum* intelligi oportere. Sigla CAN. non, vt vult *Sponius*, nescio quem *Canonem*, proprio sacerdotibus & Monachis vocabulo, i. e. vel tributum, vel legem, sed figulinam cuiusdam domini, nomine *Canonis*, denotare videtur. nomen opificis hic latere arbitratur *Cuperus*, in *Monumentis Antiquis* post *Harpocratem*, p. 231. Attamen opifex iam nominatus erat *Tertius*. *Canonis* autem, Liberti scilicet Attici, nomen iam innotuit ex *Sponii* III. *Misc.* LXV. p. 101. et *Fabretti* II. IV. titulo. Consules TIT. et GALL. accipio de T. Atilio Titiano, et Gallicano, arg. *Fabretti* VII. 110. 111.

— 6.

— 6. accuratior & plenior est ap. *Fabrettum*, VII. 152. non vero pari cura descriptus est later a *Io. Massona* in *Collectaneis Historicis de Aristidis Vita*, ad A. V. 914. §. 4. quantumvis ipsemet dicat se eius titulum Romae legisse.

— 8. *Inscript. Florentin.* Tom. II. p. 439: 16. vbi recte *Gorius* PVD. non PVR. minus recte: cum similem *Fabretti* VII. 127. qui sine dubio idem est, funderet. Ita autem & numeri 6. huius compendia verborum interpretor: *Ex Praediis Q. Servii Pudentis curante*, vel *curatore*, *Hedyno*. De his duobus Coss. altero ordinario *Iuventio Celso* II. & suffecto *Q. Iulio Balbo*, hoc anno mortuo, *Neratio Marcello*, vide Cl. *Wesselingii Observationum* L. II. c. XXI. p. 239, 240. cui tamen titulum *Gruterianum* DLXXIV. 4. emendanti, et Siglas CN. LO in CELSO commutanti minime intercedo, quoniam certissime in Fastis huius anni, & quidem suffectis Coss. cum C. Neratio Marcello etiam legitur *Cn. Lollius Gallus*.

— 9. *Don.* II. 140.

CCCXXIV. 1. *Fabrett.* VII. 103. vbi legitur CVR ED. i. e. *Curatore Edyno*, vel *Hedyno*. add. *Donati Supplem.* p. 163: 8.

— 2. itidem apud *Fabrettum* VII. 141. ex cuius literarum forma monstrosi illius verbi; SVCHEDYTS extricaverim SV*b* C*ura* HEDYN*i* *Servi*.

— 3. *Don.* II. 144.

— 4. *Inscript. Flor.* Tom. I. p. 313: 56.

cuius exemplum sequi debuerat *Muratorius*, vt nomen *L. Cimenii* effici posset. Istud corruptum CIWEN offert *Gudius*, XCVII. 8.

— 5. *Osservazioni Sopra i Cimiteri*, p. 532: 1. E iunctura literarum vers. 1. nihil sani extricari potest, nisi forte: *Domitiae Lucillae*. cuius memoria frequens est in aliis eiusmodi figlinis ap. *Fabrett*. VII. a n. 164.

— 6. *Don*. II. 141.

— 7. *Don*. II. 143.

— 8. Apud *Fabrett*. VII. 146. iam eius memoria extitit.

— 10. nec iisdem caruit gryphis *Fabrett*. VII. 145. vti etiam Sylloge *Tabularum Ghezzio-Rossianarum* XII. 6. Suspicor legendum esse Q. AMODii Cn. F. iN FORTVNAE sc. *Praedio*.

— 11. *Osservationi Sopra i Cimiteri*, p. 530: 10. apud quem clare expressum SERVI GRAPHICI. propterea interpretari ausim EX FIG*ulina* Q*uinti* AM*odii* O*pus* D*oliare* S*ervi* G*raphici*. Male hic, SERVILIANO pro SERVIANO.

CCCXXV. 1. Cum *Donatus* in *Supplem*. p. 165: 4. eumdem repetens titulum scribit in *Sponii Miscellaneis* legi, fallitur. Reperitur tamen in *Donianis* I. 9. sed alia versuum serie, qualem, vti Donatus, sic postea sine idonea ratione aemulatus est *Muratorius*, CCCLIX. 3. ne tum quidem nominato *Donio*, in Indice ad vocem *Iulius Bassus* nullus additus est numerus. Utra verior sit scriptura *Atelani*, an *Atiliani*, vtramque probantibus monumentis, *illam Doniano*, hanc *Fabrettino*, de *Column. Tra-*

iani, p. 198. et *Norisio Epist. Conf.* p. 83. quis controversiam dirimat?

— 2. *Don.* II. 118. Sed ex *Dominici Georgii* adnotationibus ad *Pagii Crit. Baron.* A. 135. p. 134. Tom. II. ed *Luc.* emendatiorem protulit *Donatus*, in *Supplem.* p. 165 : 5. legendumque propterea Opus Doleare ex Praedio Lucilii Felicis CALVET*ani*, forte CALPET*ani*, quod nomen frequentius.

— 3. Non meminerat, *Lupum* in Dissertatione *ad Severae Epitaphium*, p. 23. & *Dominicum Georgium*, ad *Pagii Critic. Baronian.* A. 135. p. 134. Tom. II. *Tibure* in Basilica Carmelitarum Sacerdotum iam descripsisse.

— 5. corruptum consulis *Vibullii* nomen in mutilo et corrupto lapidis exemplo. Gratiam vero debemus diligentiae tot hominum eruditorum *Mazochii*, XXVIII. *Pignorii*, in *Symbol. Epist.* p. 30. *Lucii*, *Inscript. Dalmat.* p. 7. *Gruteri*, XXIII. 12. *Fleetwoodi*, p. 95 : 1. qui hanc egregiam nobis dedicationis legem servarunt. An emendatior vbique sit ille *Zachariae* typus, quem *Donatus* in *Supplemento*, p. 166 : 1. nobis denuo conspiciendum praebuit, iudicent, quibus otium est hunc cum praedictorum libris, & *Grnteri* marmore *Narbonensi*, CCXXIX. contendere.

— 6. *Don*, II. 138.

— 7. ex *Fabretti* VII. 132. meliori exemplo: OD.ARIS. THA EX PR. L. CEIO. COM CF. titulum lateris sic restitui posse censeo: *Opus Doliare Aristhae ex Praedio L. Ceionii Comitis C. Filii.*

CCCXXVI. 1. certissime eadem est, quae modo antegressa.

— 2. *Septem Asiae Ecclesiarum Notitia* ad p. 58. qui itidem nescierat, iam *Sponiano* insertam fuisse corpori, X. *Misc.* p. 352. n 92. Cum autem nostra interdum intersit, scire, quinam eumdem marmoris titulum accurate, qui negligenter recensuerint, monendum esse existimo, valde mancum & mutilum exhiberi ab *Hesselio*, in *Praefationis Appendice* stell. 7. fol. 2. n. VIII. mendisque inquinatum reperiri in *Itinere Egmondi* & *Heumanni*, P. I, Epist. 8. p. 82. omnium, vt videtur integerrime legi in *Maetteri Appendice* ad *Marm. Oxoniens.* CLXXX. p. 60.

CCCXXVII. 3. a *Fabretto* iam VII. 177. commemorata fuit.

— 4. ad *Sidonii Apollinar.* Carm. IX. vers. 310. p. 1236. *Oper. Sirmondi*, Tom. I. neque defuit in *Donianis*, vt indicavi in *Periculo*.

— 5. *Osservazioni Sopra i Cimiteri* L. II. c. 18. p. 573. qui aeque nesciit, atque *Muratorius*, iam a *Fabretto* lucem accepisse VII. 52.

— 7. toties et antea, et post vulgatus titulus primum in *Memoriis Trevoltinis*, A. 1728. mense Iulio p. 1551. & mense *Aug. Artic.* 85. p. 1558. tum in Ephemeridibus Parisiensibus, (*Iournal des Savans*) 1728. *Decembr.* p. 565. porro a doctiss. *Bimardo*, cum interpretatione, in *Remarques sur quelques Inscriptions antiques*, Tom. XV. *Memoires de Literature*, p. 445.=452. mox in Tabulis

Ghez-

Ghezzio - Rosſianis, p. XXVIII. a *Maffeo*, bis terve, in *Galliae Antiquitatibus*, p. 190. *Verona illuſtrata*, Part. II. p. 267. 268. n. VII. et *Muſ. Veron.* CDXX. 5. it. *Io. Poleno*, in *Praefat.* ad Tom. III. *Novor. Supplementor. Theſauri Antiqu. Roman.* p. XII. Tab. A. vbi ſimul de h. l. Conſulibus diſputavit.

CCCXXVIII. 1. *Gorii Inſcript. Florent.* Tom. I. p. 31. LVI. vbi ſane emendatior, quam apud *Gruter.* CCCI. 2. et *Montefalconem*, in *Diario Italico*, c. XXVI p. 389.

CCCXXIX. 1. Qui non meminerat, ſe hoc loco Tiburtini lapidis titulum, quaſi nunc demum in lucem prodeuntem, recenſere, nec multo poſt ad A. C. 235. iterum ſe reducere, CCCLVIII. 2. huic quoque non meminisſe licuit, eumdem antea ab *Anton. Mariae Lupo* in *Animadverſionibus ad Severae Martyris Epitaphium*, quibus ipſe pasſim vſus eſt, p. 23. item *Ioſ. Rocco Vulpio* in *Latii Profani*, Tom. X. et in *Epiſtola ſuper C. Inſcriptionibus* apud *Calogeram*, in *Opuſculis Scientificis et Philologicis*, Tom. XIX. p. 181. 182. n. 98. probabiliter deſcriptum esſe. SAL. vero COL. non eſt *Salius Coloniae*, ſed *Salius Collinus*, qualis ſupra occurrit CLXXIII. 8. et infra CCCLX. 1. v. Cl. *Hermann. Cannegieterum*, in *Disſertatione ad Legem Numae Pompilii de Ara Iunonis pellici non tangenda* p. 15.

— 2. dudum quoque publice expoſuerat *Fabrettus*, VII. 113. videndum, an ſic ſuppleri posſit: EX. OF*ficina* AVTR*onii* FORT*unati* OP*us* FIG*ulinum* EX PRA*edio* COS

Subtilius elegantiusque deſcriptam illuſtratamque dedit *Laur. Begerus*, in *Theſauro Brandenburgico*, Tom. III. p. 411. ſ. vbi Archaeophilus ſuſpicatur, an haec inſcriptio antiquitatem mentiatur. a qua opinione non multum abſum, propter mirabilia illa, gentium *Deſoncorum*, *Zoelarum*, *Tridiavorum*, *Avolgicorum*, *Viſaligorum*, *Gabruagenicorum* et peregrina *Turavi Cloutii*, *Docii Flaeſi*, *Magilonis Cloutii* et aliorum forte Celtica nomina.

CCCXXXI. 1. *Marmor. Piſaurenſium* p. 14. XXXII. eandemque iam occupaverat *Relandus*, in *Faſtis*, ad A. C. 152. ſed monere debuisſet *Muratorius*, ſupra iam non vno inquinatam vitio e *Malvaſia* relatam ab ipſo fuisſe CLXVIII. 4.

—— 2. dudum relata eſt a *Grutero* MLXXXIII. 3. & *Donio* II. 161.

—— 4. iam edita erat, etſi non ſine mendis, ab *Hesſelio*, in Praefationis ad Gudium Appendice Stell. 5. n. LIV.

—— 6. v. *Periculum*. Devae repertus lapis A. 1653. totiesque editus apud *Spon*. III. Miſcell. p. 74. V. *Fabrett*. IV. 510. in *Antonini Itinere Britannico Commentariis illuſtrato*, a *Thoma Galeo*. p. 52. *Hadr. Relando*, in *Faſtis Conſularibus*, ad A. C. 154. p. 20. 21. *Ioh. Horſlaeo*, in *Britannia Romana*, L. II. c. 3. p. 315. Num. 67. III. *Wesſelingio* ad *Antonini Itinerarium*, p. 250. ſ. qui *Guntiam* defendit, tum *Marmoribus Oxonienſibus Chandleri* Part. III. Tab. I. n. 1. vbi accurate depictus lapis, et *Donato* in *Supplementio* p. 168 : 3. Male hanc Epigraphen explicat auctor *Addita-*

tamenti ad Camdeni Britanniam p. 569. *Tanarus Iupiter* idem *Galeo* videtur, atque Fulminans. vel a *Taran*, quod Anglis *Tonitru*, vel *Tan*, quod iisdem eſt *Ignis*. Eiusdem *Iovis Tanari* videri poſsit *Ara Taranis* apud *Lucan.* I: 446. pro qua multi codices exhibent *Tanaris*. v. *Oudendorp.* ad illum loc. Ipſeque videtur esſe ille Iupiter *Gallorum*, qui imperium coeleſtium tenere credebatur apud *Caeſarem* VI. *Bell. Gall.* 17. vnde *Vosſius Iovem Saranicum* in lapide Moguntiaco, ap. *Grut.* XXII. 13. pro *Tanarico* habet. Sane vox *Tanar* videtur esſe vocabulum Celticum, et Gallorum, vnde hodierna vox Alamannorum *Tonner*, Saxonum *Donder*. verſu 4. leg. PRI*mipilus*, vti ap. *Grut.* CDXCII. 5.

—— 7. emendatior eſt ap. *Fabrett.* VII. 117. vbi verſus primus deeſt, & abesſe debet, legendusque totus figlinae titulus: *Opus Doliare Ex Praediis L. Licinii Culvini Commodo et Laterano Cos.*

CCCXXXII. 1. & quidem *Palaeographia Graeca* L. II. c. VI. p. 158. & 159. n. 1. ſed extitit tamen iam apud *Gruterum*, licet diſcerpto titulo CDXXV. 2. et CDXCV. 2. e *Douſa*, p. 99. & 100. *Inſcr. antiqv.* qui primus edidit, non vt *Hagenbuchius* vult *Epiſt. Epigr.* p. 84. *Cuperus*, ad *Lactantium*: interim *Cuperus* quoque interpretationem *Montefalconianam* ſuper auferendi caſu φαβία iure reprehendit in *Literis Criticis* Epiſt. XVIII. p. 58. Hanc autem epigraphen vti male diſcerptam olim a *Douſa*, & praeeunte *Douſa* a *Grutero* poſtea bene animadvertit *Ioh. Masſonus* in

Col-

Collectaneis Historicis de *Aristidis Vita* §. VI. n. 7. sic *Caium Iulium Fabia Severum* ad A. V. 922. Chr. 169. §. 4. non minus verisimiliter existimat, eumdem esse, qui tempore *Aristidis* Asiam Proconsul rexerit, et cuius vxorem *Caraculaeam* titulus superior *Muratorii* CLXIII. 1. laudaverit, Ceterum nomen *C. Iulii Severi* nomen deest in Indice Graeco.

— 2. Don. V. 131. vbi *Gorius* recte animadvertit apud *Gruterum* iam CCCXCIV. 3. & *Relandum* in *Fastis* ad A. 155. p. 23. legi.

— 3. sine dubio *Bimardus* depromsit titulum ex *Paschalis Caryophili* (vulgo *Garofalo*, de quo *Onom Liter.* Part. VI. p. 103.) de *Thermis Herculanis*, p. 3. ed. *Traiect. Barbatus* rarissime occurrit Consul, frequenter *Barbarus*. Forte *Caryophilus* non acutis oculis vidit. Frequenter certe *Barbaro* et *Regulo*. Fabrett. VII. 112. *Don.* I. 67. & II. 10. *Maffei* in *Mus. Veron.* CCLXVIII. 10. *Donat. Suppl.* 169. 2. non *Barbato*.

CCCXXXIII. 1. E *Iosepho Maria Suaresio*, *Praenestes antiquae* L. I. c. 16. p. 27. *Thes. Ital.* Tom. VIII. P. IV. quod ipsum marmor ex libro antiquo retulerat *Donius*, II. 18. inemendatum vulgasse *Suaresium* ait *Gorius*, quo in versu, scire velim. Ex eodem tamen *Suaresio* retulit *Vulpius*, *Veteris Latii Profani* Tom. IX. L. XVI. c. 7. p. 153. *Scholae Faustinianae* Schema elegans est in numo apud *Vulpium* l. l. in cuius adversa parte conspicitur Icon *Faustinae*, cum Epigraphe:

DI-

DIVA FAVSTINA. in aversa aedificium duplicis contignationis, cum titulo: PVELLAE FAVSTIANAE. Eumdem quoque titulum repetiit *Gorius*, *Musei Florentini* Tom. V. p. 200.

— 2. lucem iam integrius viderat ap. *Fabrett.* VII. 143. vbi verf. 2. plene: AQVILINI et verf. 3. OD. id est *Opus Doliare.*

CCCXXXIII. Tab. D. Primus edidit *Philippus a Turre*, Episcopus Adriensis, in *Explicatione Inscriptionis Taurobolii*, *Lugdunensis* A. 1704. *repertae*, quae extat cum in *Thesauro Novo Salengrii*, Tom. III. n. VII. a p. 853. sequ. tum in *Io. Clerici Bibliotheca Selecta* Tom. XVII. *Art.* 3. p. 167 sequ. *Explication d'une Inscription ancienne, par Mr. Philippe della Torre, Eveque d'Adria.* it. in *Bibliotheca Selecta*, (*Bibliotheque Choisie*) Tom. VII. p. 217. & Tom. VIII. in *Praefatione*. Inde adiuncta est eiusdem *Turrii Monumentis veteris Antii*, p. 138. *Thesauri Italiae* Tom. VIII. Part. IV. — Praeterea idem monumentum laudavit incertus auctor, quem *Petrum Danielem* fuisse suspicor, in *Explication d'une Inscription, decouverte depuis peu et envoyée de Lyon*, in *Memoires de Trevoux* 1705. *Mens. April.* Artic. LXIV. p. 652. eodem quoque anno aliam interpretationem edidit *Colonia*, sacerdos, in *Dissertation sur un Monument antique decouvert à Lyon, sur la Montagne de Fouviere au mois de Decembre* 1704. *à Lyon* 1706. 12. (v. *Mémoires de Trevoux* 1705. mense Iun. Artic. XCV. p. 996. & *Iournal des Savans* eiusdem anni p. 525.) quae disputatio dein-

deinceps inserta est eiusdem *Coloniae Antiquitèz de la ville de Lyon* p. 299. inprimis c. IX. p. 308., mox eidem libro, sed alio sub tituli indice evulgato: *Histoire Literaire et Antiquitez de Lyon.* c. XI. p. 181. sequ. inprimis p. 186. vbi ex instituto totam hanc Epigraphen illustravit c. XII. p. 203. Idem *Colonia* adnotavit, *Bianchinium*, & *Bonannium* eumdem titulum illustrasse, quo in libro, fateor me nescire. Circa idem tamen tempus doctiss. *Bozius* interpretationem eiusdem monumenti tentavit, in *Explication d'une Inscription antique, trouvée depuis peu à Lyon, où sont decrites les particularitez des sacrifices, que les Anciens appelloient Tauroboles*, par Mr. *le Gros de Boze, à Paris*, 1705. 8. (v. *Memoires de Trevoux* 1705. *Decembr.* Artic. CLXXXIII. p. 2085. et *Iournal des Savans* p. 1705. p. 521.) extat quoque in *Commentariis Academ. Reg. Inscript. Tom.* II. p. 475. ed. *Paris.* sive Tom. III. p. 111. ed. *Batav. Explication d'une Inscription antique, ou sont decrites les particularitez des sacrifices appellés Tauroboles par Mr. de Boze:* postea eumdem titulum descripserunt *Bernardus Montefalco*, in *Antiquit. Explic. et Schemat, illustratis* Tom. II. Part. I. Tab. LXXIV. 1. ad p. 173. f. tum *Ioh. Harduinus*, vir παραδοξοτατος, in *Memoriis Trevoltinis* 1726. mense Octobri. Art. XCI. p. 1859. *Explication du Taurobole & du Criobole* par *le P. H. I.* de qua interpretatione *La Crozius*, in *Historia vitae & operum La Crosii a Iordano descripta*, Part. II. p. 331. sic iudicavit: *C'est la Piece la plus hardie, et la plus*

plus extravagante. qu'on puisse imaginer. Tum alius quidam vir doctus in eodem monumento illustrando periculum fecit, in *Sylloge Opusculorum* (*Raccolta d'Opuscoli Scientifici*) *Calogerae* Tom. III. p. 443. vbi *Explicatio Inscriptionis Lugdunensis ad virum Clar. Anton. Vallisnerium*, Equitem. Cferatur quoque *Cuperi Literae Criticae* p. 560. sequ. Tandem picturam huius marmoris et qualemcunque interpretationem addit *Breval*, *Remarks on Several Parts of Europe* Tom. I. p. 238. vti etiam *Muratorius* recte *Antonii van Dalenii* non oblitus est, qui generatim *de origine et ritibus sacri Taurobolii* disseruit in *Dissertationibus de Antiquitatibus et Marmoribus*, *Amstelaed.* 1702. 4. ad vers. 2. per Matrem D. f ID. vt legit *Montefalco*, id est, *Idaeam*, subintelligi *Faustinam* posse existimavit *Basnagius*, quem errantem in viam reduxit *Cuperus*, in *Literis Crit.* p. 401. vers. 6. *Liberorumque eius* i. e. *Faustinae*, *M. Aurelii*, et *Veri* adoptivorum filiorum, item nepotum ex *Lamia* natu maxima filia *Silano* nupta; nec non ex *Faustina*, *M. Aurelii* coniuge. vi *Ioh. Masson. vita Aristidis* n. VII. ad A. 913. vers. 18. de Consulibus v. quoque idem *Massonus*, in *Collectaneis Historicis de vita Aristidis*, §. VII. ad A. 913. Not. 5.

CCCXXXIV. 1. *Inscription. Select.* p. 323. post *Dissertationem* de *Columna Antonini*, ubi etiam p. 52. vnius lateris Epigraphe commemorabatur. Ex eodem quoque *Lignolio* retulerat iam *Relandus* in *Fastis*, p. 32.

3. vid. Annotationes *Spanhemii* ad *Iuliani*

Caesares, p. 108. ed. *Amstelaed.* sed in *Sponii Miscellaneis* occupatam esse in *Periculo* meo iam monui. Neutrubi, vti apud Muratorium omissus erat versus 4. VOTO SVSCEPTO L. M.

CCCXXXV. 1. Ad Par consulum 915. *L. Aelianus*, *et Pastor*. Nollem sane tam facile in partes eorum transiliisset, qui coniunctis literis LAELIANVM vti etiam vult *Ioh. Massonus*, in *vita Aristidis*, *ad hunc A. vol.* 1. *quam L. Aelianum malint*, clare enim apud *Grut.* CXXVI. 3. *Aeliano* et *Pastore*, ipsumque eius tituli exemplum ex schedis Farnesiis ductum n. 2. illi refragatur opinioni. Maior certe apud me lapidum fides, quam fallax saepe et errans scribarum *Cassiodori*, *Prosperi* & aliorum manus. obiter adnoto, titulum n. 3. mihi videri non tam ad hunc A. 915. Dom. 163. quam A. v. 936. Dom. 184. pertinere. *Osservazione Letterarie* Tom. I. p. 176: 2. Primus vero e schedis *Monavii* edidit *Reines.* I. 6. postea *Zalaknae* in *Transilvania* vidit *Sam. Koleserius de Keresser*, vulgavitque mutilam, in rarissimo libello: *Auraria Romano-Dacica*, *Cibinii*, 1711. 8. p. 19. praepostero tamen paganismi odio formulam I. O. M. commutans in D. O. M. atque vers. 4. voci PROC. addens AVR. i. e. AVRariarum. mox vitiosiorem titulum retulit noster e schedis *Zenonis*, CDXXXIII. 4. et tandem *Maffeus*, velut peculium suum, iterum recensuit in *Museo Veronensi* CCXXXVI. 2. Per Imperatores vero Augustos Consules nescio an verisimilius intelligi possint *Diocletia*-

nus,

nus, & *Maximianus*, vt censuit *Reinesius*, quam M. *Aurelius*, et L. *Verus*.

—— 5. v. *Vulpii Dissertatio de villa Tiburtina Manlii Vopisci*, in Sylloge *Dissertationum Academiae Cortonensis*, Tom. II. p. 183. in Epistola etrusca eiusdem apud *Calogeram*, in *Opuscul. Scientificis*, Tom. XIX. p. 138. et in *Veteri Latio Profano*, Tom. X. P. I. L. XVIII. c. X. p. 382. vbique est MATVCIAE non MATVCCIAE add. *Dominicus Georgius* ad *Pagii Crit. Baron.* 164. p. 232. Tom. II.

CCCXXXVI. 1. Longe sincerior & forma, & literis, ap. *Fabrett.* VII. 131. Cf. *Relandi Fasti.* p. 37. & quae obseruabo ad DV. 11.

—— 4. vers. 6. vitiose legitur III. I. IVL. pro III. K. vel KAL. IVL. vti est apud *Gruterum* L. 3. *Ferretium*, in *Musis Lapidar.* p. 27. & Relandum in *Fastis*, p. 40. vti etiam in *Luc. Camarrae Teate antiquo*, L. III. c. 2. p. 66. Tom. IX. *Part. V. Thes. Ital.*

—— 5. & 6. iunctim commemorantur a *Donio*, V. 33. nec non a *Iosepho Malatesta Garuffio*, *Lucernarum Lapidariarum Accensarum* cap. I. p. 19. *Thes. Italiae* Tom. VII. Part. 2. vbi vers. 3. PVDICISSIMAE.

CCCXXXVII. 4. *Don.* IV. 19.

—— 5. de hoc marmoris titulo sigillatim egi in Diatribe Academica *ad vetus Chirographum Thesauri Muratoriani Mancipationis formulam continente. Traiecti.* 1757. 4. Hac vero incuria nihil maius: hoc loco e schedis *Otterii* evulgat, non multo post idem monu-

mentum CDXXXIX. 1. e *Transactionibus Philosophicis* maiori tamen accurationis fide redire iubet. Hic putat, Consules ad A. V. 927. Chr. 174. referri posse, si *L. Trebius Germanus Galli* suffectus sumatur, et *Flacco*, *Calpurnii* nomen assignetur, postea nescit, cui anno hoc Epigramma accenseri possit. Simile donationis mancipationisque documentum exhibet *Gruterus* MLXXX. 1.

CCCXXXVIII. 1. De huius Elogii antiquitate dubitare visus est *Everard. Otto*, in *Vita Papiniani*, XVI. §. 12 p. 604. ed. *Brem.* ideo, quod non valde accommodatis ad veterum modestiam verbis *Salvius Iulianus* dicatur *humani divinique iuris peritissimus* dicatur, sumta locutione a *Velleio Paterculo* II 26. vbi Q. Mucius *P. F. divini humanique juris auctor* celebratur. Etsi vero illa locutio adeo trita omnibus et familiaris olim fuit, vt *Numa* quoque apud *Livium*, omnis humani, et divini iuris auctor diceretur, atque sic vnicuique etiam quadratario eamdem in mentem venire potuisse formulam haudquaquam negaverim: tamen vereor, ne siglae M. F. inter duo cognomina positae, et ambitiosus honorum cumulus in suspicionem novitatis cadere possint.

CCCXXXIX. 2. *Antiquit. Gall. Select.* Epist. IX. p. 50. Merentur hic omnino legi, quae *Bimardus* supra contra *Soucieti* interpretationem disputavit in Epistola ad *Maffeum*, II. p. 117.=119. inprimis quod attinet ad singularem plane vocem PAENVL*arum*.

— 4. Superioris Diatribes *Bimardi* p. 120.

CCCXL.

CCCXL. 1. *Gorii Inscript. Florent.* Tom. I. p. 301: 35. cuius tamen alterius lateris Epigraphes memoria non primum debebatur *Gorio*, sed iam *Gudio*, v. adnotationem secundae editionis *Gruterianae* MXVIII. 3.

—— 2. vid. omnino *Fragmenta Inscriptionum* Fratrum Arvalium in *Monumentis veteris Antii* p. 388 Col. 2. lin. 42. post Q. Licinius Nepos omissa vox est MAG. et in Indice consulum corrigendus est numerus.

CCCXLIII. 1. nonne meminisse poterat, hunc ipsum titulum iam a *Donio* V. 52. prolatum fuisse?

—— 2. *Septem Asiae Eccles. Notit.* p. 59. et post eum *Sponius*, Tom. I. p. 405. ad quem locum *Perizonius* in adnotat. MSC. suspicatur an ΠΕΡΠΕΡΝΟΥ? Sigillatim impressum aliquod folium, cui titulus: *Graecae Inscriptiones* Smyrnae et Troiae inventae, p. 3. v. 2. ΕΤΕΙΜΗΣΕΝ vers. 3. ΑΤΕΙΛΙΟΝ, et 4. ΕΚ ΤΩΝ ΑΝΘΥΠΑΤΩΝ habent.

—— 3. v. Periculum meum. Hinc est, cur in Literis *Cuperi* ad *Heinsium* Tom. II. *Sylloges Burmann.* p. 666. scriptum sit M. TERNO. add. *Relandi Fasti*, p. 65. *Hagenbuchius*, in *Miscellan. Observation. Novis* Tom. XI. XII. p. 367. et *I. in de Betouw*, ad *Cuperi Epistor.* de *Aris et Lapidibus votivis* p. 3. et *Annales* eiusdem p. 210. Infra *Muratorius* noster vitiosiorem e *Tollii Fortuitis* p. 318. repetiit DCCCII. 5. idem observante *Hagenbuchio*, in *Epistol. Epigraphic.* p. 615.

CCCXLIII. 4. immo *Regiomagi* prope Coloniam, teste primario *Stephano Broelmanno*,

Agrippinensi ICto, in *Epidrigmate*, apud Coloniam, 1608. fol. in Tabula Geographica, vnde habuit *Relandus* in *Fastis*. p. 72. *Io. Georg. ab Eckhart*. in *Commentariis de rebus Franciae Orientalis et Episcopatus Wirceburgensis*. Wirceburgi, 1729. fol. p. 429. et alii, velut *van Loon*, *Aloude Histori*. p. 295. (4.) mutuati sunt. v. *Nuncius* meus ad *Harlemenses*, de *Ara Romana*. p. 165. *Actor. Harlemens*. vers. 5. per vocis illius fragmentum BI intelligendus est BF. Beneficiarius Consulis.

CCCXLIV. 1. sed dedit iam diu emendatiorem *Ioh Lucius*, Traguriensis, ex *M. Maruli* codice scripto in *Inscriptionibus Dalmaticis*. v. *Thesauri Siculi* Tom. XIV. p. 29. 30. n. 19.

— 2. 3. videatur et contendatur omnino ipse *Ficoronius*, in *Le Memorie della prima e seconda Città di Labico e loro siti*, in *Roma*, 1745. 4. p. 23. cum hoc *Muratorii* exemplo.

CCCXLV. 1. non opus erat laterculum ex Ligorianis describere, qui iam apud *Gruterum* CLXXXIV. 1. *Relandum* in *Fastis*. p. 75. praecipue in *Donianis*. II. 127. legebatur, vers. 2. in *Pertinace* male omissa est binarii nota II. et vers. 3. post ANTONI ET FLAVI vocis compendium INS. forte INP. i. e. IN Praedio.

— 3. Eamdem iam debuimus *Grutero* CDVII. 2. *Donioque* VI. 16. Similem vero *Gudio*, CXXIII. 1. *Alciatus* in *Historia Mediolanensi* Tom. II. *Thesaur. Italiae* p. 64. offert versu 2. SEPTIMINO. vers. 4. DVCI & vers. 14. LEG XI. CL. vti etiam *Grute-*

rus.

rus. In suffectis huius anni Consulibus ex Kalendis Martiis fuit *Fabius Cilo*, s. *Chilo*, (promiscue enim scribitur) cuius meminit *Lampridius* in *Commodo*. 20. qui haud dubie vitam produxisse videtur vsque ad initia principatus *Caracalli*, argumento *Spartiani*, in *Caracallo*. 3. 4

CCCXLVI. 1. *Antiquit. Galliae* Epist. XIV. p. 72. vbi vers. 4. MAG. suppleo per MAG*nifice*. vers. 5. MAESOLEVM in alio *Nemausensi* lapide obvium, ap. *Grut*. CDXCVI. 7. interpretor per *Mausoleum*. vers. 8. O. integrius reddo: *qu*O BENIVOLENTIA vers. 10. AVIS forte *f*AVIS*se*, v. 11. *re*-MISSIT, pro *re*MISIT & v. 12. IT *perfec*IT explicandum esse censeo. Quod ad istud Consulum Par spectat, verusne huic annus accommodari, & quis sit ille *Arrecinus Clemens*, non inutile erit legere, quae in *Paralipomenis ad Vitri Observationes in T. Flavii Clementis Tumulum illustratum* monuit *Francisc. Anton. Zachariae*, in *Calogerae Sylloge Opusculorum* Tom. XXXIII. p. 427.

— 2. Emendatiorem sane dederat, quam *Sponius*, III. *Misc*. p. 21. *Fabrettus*, IX. 210. & *Gorius*, in *Donianis* I, 168, Sed quid permoverit *Donatum*, vt post *Muratorium* eundem ad *Sponii* & *Donii* exemplum bis conformatum recuderet p. 27: 1. & 28: 2. fateor me nullam comminisci posse rationem. Ad quem annum referendi sint *Dexter* II. & *Fuscus* ad A. V. 948. Chr. 196. an A. V. 977. Chr. 225. valde dubius haereo . ad priorem tamen magis inclinat animus.

CCCXLVII. 2. vti mediam huius marmoris partem ex disputatione vernacula *Venuti*, *Osservazione sopra un antica Inscrizione* rel. Romae, 1743. 4. iam supra recensuerat doctiss *Bimardus* in Epistola ad *Maffeum* p. 117. Sic eamdem quoque laudavit *Dominic. Georgius*, ad *Pagii Critic. Baronianam* A. 193. p. 355. et A. 200. p. 399. Tom. II. ed. *Lucc.*

CCCXLVIII. 1. 2. 3. Differtat. eius *de Colonia Foroiuliensi* p. 360. 361. *Monumentor. Veter. Ant.* alteram quoque ex *Bened. Ramberto* iam *Donius* dederat VII. 189.

— 4. cuius columnae ex ruderibus *Patroissae ad Zalaknam metallicam* erutae titulus primum prodiit cura et studio *Samuelis Kölleserii de Kereseer*, in *Auraria Romano Dacica* c. I. p. 15. f. apud quem vers. 7. CAESS. vers. 13. CONSS. et in fine COLL AVRAR. legitur, i. e. Collegium AVRARiarum, vt in alio titulo plene scribitur. Ea vero columna cum Viennam translata sit, mirum sane, cur et *Maffeius* in *Observ. Literar.* Tom. I. p. 187. n. 30. et *Garellius* istius Collegii Aurariarum memoriam plane silentio transierint.

— 5. a fine mutilam habet *Maffeius Veron* CCCLXXIX. 7.

CCCXLIX. 1. dudum eamdem accepimus a *Fabretto* III.XIV. p. 130.

— 2. Eiusdem quoque meminit *Dominic. Georgius* ad *Pagii Critic. Baron.* A. C. 202. p. 407. ed. *Lucc.*

CCCL. 1. *Osservazioni sopra i Cimiteri* L. I. c. XIX. p. 83. n. 21.

— 2.

— 2. Verissime quidem adnotavit noster, *Fabrettum* VI. 188. hoc Fastorum fragmentum tribus quatuorve versibus imperfectius reliquisse, sed quantum vicissim ex *Io. Baptistae Gaddi Roma Nobilitata*, Romae, 1736. 4. p. 205. & aliis coniicere licet, ipse quoque non satis emendate dedit, versu enim 2. post Romam Conditam Annum DCCCCXXII. a *Gaddo* quoque probatum, pro discrepanti vnius anni calculo accipiendum esse docet *Relandus* in *Fastis* ad A. V. 921. p. 42. versu 5. necessario retinenda est lectio & *Fabretti* & *Gaddi* FABIO CILONE non T. AELIO. vers. 6. suppleri debet Annus DCCCCLVI. non DCCCCLX. vt perperam scribit *Relandus* in *Fastis* ad A. V. 956. p. 106. vers. 9. non C.IVNIO. sed *Fabretti* & *Gaddii* fide IVLIO scribendum. Aspri certe ambo *Iulii*. nec vers. 10. supplendus est Annius DCCCCLX. vt ex *Fabretto* repetit *Relandus* in *Fastis*, p. 124. sed DCCCCLXIV. vers. 13. legendum est COMAzonte. *Eutychianus* enim *Elagabali* III. Consulis Collega fuit *Comazon* A. V. 972. Chr. 220. v. *Relandi Fasti* p. 139. Propterea numerus anni post vrbem conditam supplendus est DCCCCLXXII.

CCCLI. *Osservazioni sopra i Cimiteri* L. IV. c. 9. p. 442. vbi nonnulla tamen nomina aliter scripta lego, vt vers. 3. PAPNEPOTINVS . . . . MVRCELLINVS. vers. 9. VALENTINANVS. & vers. 14. BITVS. vers. 27. hi tresviri *Flavianus*, *Lu-*

pus et *Paetus* videntur esse *trium centuriarum Exercitatores*. vers. 29. IT. significat ITem.

CCCLII. 1. Qui fieri poterat, vt Muratorium lateret, iam dudum huius tituli editores extitisse et *Reinesium*, VI. 132. et *Fabrettum* II. 228? vbi simul *Fabrettus* bene explicat, quid sibi velint TRITVRRII. *Reinesius* enim istud nominis de hodierno quodam loco, vbi visus et lectus fuerit titulus, accepisse videtur.

—— 2. Integriorem quidem hanc Epigraphen ex *Gorii Donianis* III. 44. dedit Murat. sed neutrubi inutile futurum fuisset, si certiores facti essent lectores, hanc ipsam Epigraphen vna cum alia similis argumenti in lapidis latere incisa occupatam esse a *Spon.* VIII. *Misc.* p. 272. et *Fabretto* X. 612. et 613. quo minus haec otiosa iteratio ap. *Donatum* in *Supplem.* p. 81: 4. veniam habuit.

—— 4. non modo *Donius*. II. 63. sed etiam *Gudius* commemoravit CXXVIII. 7. neutro tamen novissimos versus quatuor exhibente, qui etiam fortassis a bono *Taulero* aliunde huc arcessiti fuerunt.

—— 5. *Inscription. Selectar.* p. 310. ex eodem *Relandus*, in *Fastis*, p. 115. sed corporibus iam *Donii* VI. 155. & *Gudii* CLIII. 5. insertus erat titulus, ibique vers. 2. clare legitur nota centuriae 7. Barbati, a *Muratorio* male omissa, attamen restituta a *Donato* in *Supplemento* p. 177: 4.

CCCLIII. 1. prope Cryptam Ferratam via Latina exscripsit & edidit *Dominic. Georgi-*

gius ad Pagii Criticam Baronian. A. 212. p. 438. Tom. II. ed. *Luc.*

—— 3. apud *Donium* I. 31. tituli principium est EX AVCTORITATE.

—— 4. in Periculo iam adnotavi, diu ante notum hoc Epigramma fuisse, quam ab ipso *Donio* in literas referretur IV. 55. quod *Gorium* quoque fugit. Cum vero in duabus vocibus maxima sit controversiae anbiguitas, legine debeat vers. 1. LETVM an LAETVM, & versu 5. TACITVS an TATIVS, TACIVSve, CATIVS, STATIVS ve, quam *Burmannus* in sua animadversionum congerie ad *Antholog.* I. *Epigr.* XLVII. p. 26. minime diremit, ne pulchrae quidem *Almeloveenii* censurae *Hagenbuchianae* in *Epist. Epigr.* p. 557. memor, audax sane & temerarium fuit consilium *Muratorii*, non hos modo versus ad *Laetum*, iterum Consulem, Anni V. 961. Chr. 215. accommodandi, sed novo quoque eum *Catii* nomine locupletandi.

CCCLIV. 1. *Don.* I. 39. eumdemque iam in *Gudianis* XXXI. 5. titulum inveniri, & *Gorius* & *Muratorius* nescit. Quale autem huius *Adventi* verum et gentilitium fuerit nomen, quis hodie praestiterit? *Oclatinius* dicitur *Gudio*, XXXI. 5. fortassis corrupte, uti *Advinius*, pro *Adventus*: *Oclatinus Donio*, I. 39. & nostro, h. l. a. Q. *M. Coclatinus*: *Fabretto*, IV. 511. & *Maffeo*, in *Museo Veronensi* CCCXII. 8. qui a *Fabretto*, paulo plenius occupatam esse Epigraphen ignoravit. ab aliis nude vocatur *Adventus*. *Sponius* vero II. *Miscell.* p. 72. eumdem esse putat atque *C. Antistium Adventum*

tum minus verisimiliter! vt *Hadr. Relandus* in Praefatione ad fratris sui fastos subliliter animadvertit Stell. 4: 5.

—— 3. huic titulo similem adiungere liceat nondum, vt reor, editum, & *Solodurni* in Helvetia visum a doctiss. *Aug. Guil Schroetero*, qui ex Helvetia redux illius me participem ferit:

IN HONOREM
DOM. DIVIN*nae*
ARAM CVM SI...*gno*
CN. SVECCONIVS...
DEMECENVS
DE SVO POSV..*it*
IMP. D. N. ANTON*ino*
ET SACERDOTE
COS.

—— 5. adfuit iam apud *Sponium* III. *Miscell.* p. 114. XCVII. qui per *Fidei* CAND. perperam intellexit *Fidei Candidatos*, cum dedicata fuerit ara *Fidei Candidae*, vt recte *Cuperus* interpretatus est in *Monumentis antiquis* post *Harpocratem* p. 184. Non dubito, quin eadem corruptior redierit infra DCCXIX. 1. & MMXXIII. 6.

. CCCLV. 1. vide supra ad CCCXV. 5. vbi huius marmoris titulus ex *Fabretti* fonte integrius et accuratius manavit. Ne vero cum larvis et vmbris pugnemus, sciendum est, inanissime ad huius anni Consules illam Epigraphen tractam esse, seduloque *Aelianos* & suis nominibus & Collegis distinguere nos opor-

oportere. Alius est *L. Roscius Aelianus*, *Ti. Claudii Sacerdotis* Collega, et Consul suffectus A. V. 852. Chr. 100. principe Traiano, alius est, quemadmodum hoc loco, *L. Roscius Aelianus*, Collega *L. Marii Maximi* II.

— 2. primus edidit *Hermannus Fley*, qui et *Stangefol*, in *Annalibus Circuli Westphalici*, *Coloniae*, 1640. 4. teste *Henr. Cannegietero*, ad *Monumentum Dodenwerdense* c. 1. p. 215. tum *Cuperus*, in *Monumentis antiquis* post *Harpocratem* p. 234. item *Altingius*, in *Notitia Germaniae inferioris*, T. I. p. 38. II. omnium vero emendatissime *Cannegieterus*, l. l. vers. 7. pro Siglis T. F. lego FL.*avii Apri Commodiani*. argumento alius lapidis circa eosdem regionis tractus inventi, ap. *Grut*. CIII. 11.

CCCLVI. 1. vitiosissime descriptus lapis, nec aliunde sanabilis, nisi *Scip. Maffei* exemplo in *Museo Veronensi*. CCLXVII. 1. quae ratio fuit, cur eum non iniuria redderet *Donatus*, in *Supplemento*, p. 173: 1.

— 2. Oscitanter hic duo diversos lapidum titulos a versu 5. miscuit, alterum quippe in Castri novi templo haud longe a Monspelio, alterum Lugduni in domo quadam *Fourvierii* collis se reperisse testatur *Maffeius*, in *Antiquitat. Galliac. Epist.* XIV. p. 72. 73. qua de re iam ipse conquestus est *Maffeius*, in *Museo Veronensi*, p. CXIII. et CCCCXV.

CCCLVII. 1. *Don.* II. 125. Gruteri exemplum non tam simile est, quam idem, in eo duntaxat discrepans quod quae hic initio isthic novissimo loco leguntur.

— 2. in Mausoleo Bergendalensi e *Cuperi*

peri Monum. antiquis post *Harpocratem*, p. 229. (v. *Periculum*) habuit quoque *Altingius Notitiae Germ. inferior.* Part. I. p. 39. repetieruntque alii, vt *Relandus* in *Fastis*, p. 166. vtra verior sit scriptura *Clementini*, an *Clementiani*, in pari librorum & marmorum diuortio, dictu arduum est.

— 3. Vereor, ne mire corruptus sit titulus, saltem truncatus est suo capite *L. Valerio L. F. Cl. Poplicio*, quod extat apud *Gruter.* MCI. 8. vnde, quoniam in paucis ab huius exempli forma dissentit, eumdem illum iure suspicor esse, atque nostrum. Eius quoque meminit *Dominic. Georgius*, ad *Pagii Criticam Baronianam*, A. C. 256. p. 63. Tom. III. ed. *Luc.* quod *Pagius Valerium* illum *Maximum*, *Glabrionis* Collegam, A. V. 1008. Chr. 256. esse existimavit, *Norisius* contra in *Epist. Consul.* p. m. 140. ed. *Bonon.* 1683. 4. fatetur, *annum, quo hic Balbinus Maximus ordinarium Consulatum gesserit* sibi *hactenus incompertum esse.* Confidentior autem est Muratorius, cum neglectis *Balbini Maximi* superioribus nominibus, apud *Gruterum* obviis, hunc *Maximum* statim sociat cum *Lupo*. Equidem tamdiu me tempero a coniecturis, quamdiu praenominum & nominum varii temporis *Maximorum*, qui saepissime nude ponuntur, certa e veteribus lapidibus non est fides. Ceterum miror doctiss. *Hannibalem de Abbatibus Oliverium* eamdem inscriptionem sine vlla exempli *Gruteriani* commemoratione laudare potuisse in *Marm. Pisaurensibus* p. 118.

CCCLVIII. 1. Si *Gudium* inspexisset, non

non duo diversos titulos in vnum conflasset. Consulatus enim *Leonis* memoria est apud eum, CCCLXV. 10. *Paterni* contra et *Maximi*, CCCLXXII. 9. *Relandus* autem hunc posteriorem titulum male ad consulatum *Maximi* et *Paterni*, A. C. 233. retulit, qui aptius convenit *Maximi* et *Pateri* s. *Paterni* consulatui, A. c. 443.

— 2. Non arduum quiden erat eumdem titulum, quem paulo ante descripserat, CCCXXIX. 1. iterum referre, sed eccui persuaseris *Cn. Pinarium Gn. F. Severum* duplicem Collegae, mox *Erycii Clari*, A. V. 898. A. 146. mox *Quintiani*. A. v. 987. Chr. 235. vllo veri colore personam subire potuisse?

— 3. *Osservazioni sopra i Cimiteri*, L. I. c. 19. p 79.

— 4. de *Colonia Foroiuliensi*, p. 360.

CCCLIX. 1. communis hic error est eorum, qui Fastos Consulares vel condiderunt, vel emendarunt, vt simulatque alicuius hominis cognomini in veteribus lapidibus additum viderint COS. fortassis suffecti, honorem, statim eum illi anno et consuli ordinario accommodent, qui eiusdem cognominis socium in Consulum censu habere fertur. Idque clarissimo *Quintiani* exemplo cognosci potest. Cum enim *L. Ragonius Vrinatius Quintianus* in lapide *Gruteriano*, XLV. 9. et CDLXIII. 1. deinceps in alio *Gudiano*, CXXXVII. 11. quem h. l. *Muratorius* noster primarium editorem dissimulans, & *Ioh. de Vita* in *Thesauro Antiquitatum Beneventan.* Diss.

Diss. IV. p. 148 : 3. & in *Inscript. Benev.* Clasf. IV. 16 p. XX. repetierunt, item in alio simili *Maffei*, *Veron. Illustr.* Part. I. p. 360. n. XXXIX. & *Mus*, *Veron.* CXIII. 1. laudetur COS fine dubio *Commodiani* temporis suffectus, confestim eum dederunt *Severo*, A. v. 987. Chr. 235. Consuli collegam. Nonnulla ad *Reinesii Eponymologicum*, voc. *Quintianus*, n. 25. adnotabo

— 2. quem antea titulum *T. Vinio Rufino*, *Servii Sulpicii Galbae* Augusti II. Consulis Collegae, in vulgaribus fastis edito, h. e. A. V. 821. *Chr.* 69. assignaverat, CCCVII. 5. eum nunc corruptius redire iussum nescio, quo iure ad *Cornelianum*, *Perpetui* Collegam, A. V. 989. Chr. 237, (v. *Relandi Fastos*, p. 178. = 180.) quem nonnulli Fastorum conditores ideo *L. Ovinium Rusticum Cornelianum* vocant, quod tali quis nomine COS. DES. occurrit ap. *Grut.* CDXLVI. 8. nulla alia fortassis ratione motus, nisi quod OTVINIO COS. hic vitiose legebatur, retulit. Quoniam vero tabella haec aenea *Musei Veronensis* portio esse coepit, hinc recognita quoque est a *Maffeo*, in *Museo Veronensi*, CDLXXI. 2.

— 3. Eodem modo diversorum Consulum causa, supra CCCXXV. 1. ob *Atelanum*, vel *Atilianum* recensuit, hoc loco *Pontiani* gratia eamdem arae inscriptionem, adeoque longe dissimilibus temporibus aptam esse putavit, simul *Atelanum* vel *Atilianum* in *Atelandum* nullo auctore commutans.

CCCLX.

CCCLX. 1. vti *Muratorius* coniecerat, sic *Gruterus* dudum integre dederat, MXCVIII. 2.

— 2. quid profuerant Schedae eius, cum rectius edita *Donii* V. 63. iam interprete Gori oprodessent? inde apparet vers. 1. legendum esse VIRIO. vers. 2. non MAGIANO sed MAECIANO, vers. 3. CVPR. COO. CVR. pro PR. PR. AFRIC. i. e. Cuprae Coloniae Curatori vers. 9. ATINA.

— 3. in Mausoleo Bergendalensi ap. *Cuperum* in *Monumentis antiquis* post *Harpocratem*, p. 232. v. quoque *Altingii Notitiâ Germ. infer.* P. I. p. 40. n. V. Siglae V. V. male explicantur *Valentis Victricis*, pro *Vlpiae Victricis*.

— 4. de *Mithra*. cap. ultimo p. 240. quem etiam *Philippum a Turre* in plerisque interpretationis suae caussis ducem secutus est.

CCCLXI. 1. Turbant nos saepe & fabri Epigraphici veteres, et hodierni descriptores; cum illi passim vni lapidi duo diversorum temporum titulos inciderent, hi contra aut miscerent aut importune divellerent. Vti hoc loco factum esse suspicor. Quam vere *Muratorius* dicere potuerit *imperfectam* dedisse *Donium*, scilicet III. 67. alii iudicent, quandoquidem et copulavit hanc cum superiori *Muratoriana*, CCLXII. 2. et a fine nominibus curatorum integriorem, vti *Gudius* LXV. 3. habet. Huius autem Epigraphes primordia DEDICATA rel. pertineantne ad *Gordiani*, an posteriora ad *Constantii* aetatem, quis divi-

net? Eam certe formulam cum reliquis nexam exhibet *Dominic. Georgius* ad *Pagii Crit. Bar.* A. 239. p. 542. T. II. ed. *Luc.* Pleniorem vero apud *Donium* et *Gudium* extare residui versus tres ostendunt:

P. AELIO EVTYCHETE IVN. L.
TRAIANO ARABO (*Don*) vel
TRIVIANO ARADO (*Gud.*) C. AN-
NIO BASILIDE.
C. IVLIO TERTVLLO.

Quae fortasfis ratio suberat, cur totam rursus, *Gudii* tamen immemor, lectoribus inculcaret *Donatus*, in *Supplem.* p. 149. 6.

— 2. Similis est ex *Panvinii Fastis* II. p. 374 apud *Grut.* CCCIX. 6. sed haec integrior.

— 3. tenue Fragmentum est memorabilis tituli *Gruteriani* CDXLIII. 6.

Ad A. V. 996. Chr. 244. Consules *Peregrinum* & *Aemilianum* cum Muratorius doceat pertinere inscriptionem *Fabrettinam* IV. 173. vbi *Gaudentius Aemilianus* V. C. CONS dicitur signa translata ex abditis locis ad celebritatem Thermarum Severianarum constituisse & dedicasse, nescio an consulem Capuanum vel Campaniae, qui ibi laudatus esse videtur, vt bene animadvertit *Hagenbuch*, in *Epist. Epigr.* p. (78.) cum *Aemiliano*, Consule Romano, perperam confuderit. Vti vero laudare debeo ingeniosam *Muratorii* CELERITATEM, in CELEBRITATEM, aptissime convertentis, emendationem, quam ipsi quoque ante se in men-

mentem venisse gauisus est *Hagenbuchius* l. l. sic prae me vicissim ferendum omnino est, neminem acutissimorum interpretum, seu *Fabrettum*, p. 344. seu *Mazochium*, in *Additamentis* ad *mutilum Campani Amphitheatri titulum*, p. 170. seu *Maffeum* in *Museo Veron*. CVII. seu Cl. *Drakenborchium* ad Liv. V. 50. p. 222. Tom. II. templorum fauissas intelligentem, reliquam verborum formulam, *Signa trunslata ex abditis locis*, item alio in loco *Fabretti*, IV. 499. *translata ex obscuro loco*, subtiliter assecutos esse, praeter solum *Iac. Martorellum*, qui abdita illa loca de subterraneis meatibus Herculani, Pompeiorum, & Stabiarum accepit, teste *Io. Winckelmanno* in *Epistola de Inventis Herculanensibus* theotisce scripta. p. 16. 17.

CCCLXII. 1. in *Antiquit. Galliae* Epist. I. p. 5. quam etiam typis recudendam curauit in *Museo Veronensi* p. CCCXXV. inde pariter atque ex *Hagenbuchio* in *Epist. Epigr.* p. 358. didicimus, auersam tabulae partem nomina militum vetustate vel vsu obscurata continuisse. Memorabile est immunitatis legitimi connubii praemium militibus tum a *Philippis* datum, quod illustrauit Cl. *Herm. Cannegieterus*, Antecessor iuris *Franequeranus*, II. *Obseru. Iuris Romani*. C. XIII. p. 190.

CCCLXIII. 1. *Marmor. Felsin.* Sect. V. c. 21. p. 353. negligenter omissa vers. 1. LEM*oniae* tribus memoria. Hunc vero titulum *Pomponii Grati* non ad *Annium Gratum*, *Decii* Collegam, A. V. 1002. Dom. 250. sed exemplo *Relandi Fastorum* p. 247. ad *Messalae*

Collegam A. 1032. Dom. 280. referre debuisset Muratorius.

— 2. non in schedis latuerat, sed *Donium* iam editorem habuit, I. 133. cum versus tertii TER. ET GR. significatione, sicuti ipse agnovit infra, CDXXXIV. 2. nihilominus, quasi diversum par Consulum fuerit, in Indicis Classe V. vno loco *Ver. et Gr. Cos. CDXXXIV.* 3. altero *Vetus* et *Gratus* COSS. CCCLXIII. 2. retulit.

— 3. ad Consules A. V. 1005. Dom. 253. C. Vibium *Volusianum* Aug. II. et M. Valerium *Maximum* accommodare liceat titulum *Calatiae* extra aedem S. Antonini a *Ioh. Aegidio Egmonda - Neoburgo* olim visam, et ex *Itineris* eius scripti fonte haustam:

VOLVSIANO ET
sic
MASSIMO COSS.
KAL. FEB.

CCCLXIV. 1. Hae tabulae venales oblatae Alexandro Cardinali *Albano* A. 1728. descriptaeque a *Franc. Blanchinio* in *Chronologia Pontificum*, praemissa *Anastasio Bibliothecario Romae* 1728. fol. Tom. III. postea Museo Capitolino illatae fuerunt v. *Dominic. Georgius* ad *Pagii Critic. Baronian.* 260. p. 115. Tom. III. ed. *Luc.* Non semel vero easdem in consulibus repetere satis est, visum Muratorio, infra rursus in Decretorum & SCtorum classe sine vlla necessitatis lege retractare pla-

placuit DLXV. 1. Sic idem vitiatae latinitatis monumentum iam protulerat in *Antiquitatibus Italiae Medii aevi*, *Dissertat.* XXXII. p. 998. Tom. II. vti *Maffeius*, in *Verona illustrata*, Part. II. p. 264. n. II. Neque tamen certiores facti sumus quam dudum, vtra eiusdem exempli *Otteriani* sit verior lectio. veluti in priori. CCCLXIV. 1. vers. 27. TITRATIVM AMPLIATVM et vers. 29. IENVRIVIVM, in altero vero DLXV. 1. NERATIVM AMPLIATVM. et IENVARIVM habemus.

CCCLXV. 1. v. *Don.* V. 140. & 219.

—— 2. *Boldetti Observat. Coemeteriorum* L. 1. c. 19. p. 80. vbi lapidis archetypi imitatrix forma.

CCCLXVI. 1. Hic typus plane non respondet exemplari apud *Lupum*, in Dissertatione *ad Severae Martyris Epitaphium* obvio ad p. 5. vel *Bimardiano* supra in *Dissertat.* I. p. 27. cujus cur non meminerit h. l. rationem non intelligo. In Indice Nominum Christianorum graeco referri debnisset Λευκη & Σευηρα. In latino male est *Leuce*, pro *Luces*, de quo nomine vid. *Lupi Observationes*, §. XVI. p. 155. sequ, Cf. *Dominic. Georgius*, ad *Pagii Crit. Bron.* A. 269. p. 167. Tom. III. ed. *Luc.*

—— 2. Rursus schedae primam editionis lucem dare non poterant, cum abunde iam lux data esset a *Reinesio* VI. 98. aliter tamen ordinatis versibus, & a *Donio* V. 186. ad quem titulum inspiciatur *Ruperti* Epistola ad

Reinesium LXII. p. 565. et responsio *Reinesii* in Epistol. LXIV. p. 568. 569.

CCCLXVII. 1. *Phoebonii* L. III. *Historiae Marsorum* c. 8. p. 206. *Thesauri Ital.* Tom. IX. Part. IV. cuius exemplum cum mendis laborare intelligeret, quid erat, quare sanius a *Gudio* CXLI. petere nollet, *omnia* vt ipse confitetur, *accurate* describente et conferente *cum lapide, qui inventus Anno* 1657. inde liquet. vers. 9. scribendum esse PELTVINATIVM et vers. 11. L. VIBII PVELLI non RVFII.

— 2. tam frequenter evulgatus est hic lapidis literati titulus, vt inconstans quoque Marcellini nomen induceret Fastis. Sic *Apianus*, qui primum iterumque edidit eodem folio in *Inscript. SS. vetus* p. CI. mox *T. Nonio*, mox *T. Antonio* exhibet pari varietate *Grut.* CCCLVII. 5. *T. Antonio.* alio contra loco, CCCLXXI. 1. *T. Avonio: Malvasia* Sect. IX. c. I. p. 534. *Donius*, V. 218. et *Muratorius*, *T. Nonio*, *Fabrettus* vero X. 548. & *Ioh. de Vita*, in *Antiqu. Beneventan. Thesauro* Diss. IV. p. 147. & *Inscript. Benev.* Class. IV. 25. p. XXIII. *T. Anonio* legere iubent. Quis nunc moretur schedas? aut earum insipidam vocem TABEDIA, quae nusquam, nisi apud *Apianum*, primo loco, sed in erratis damnata, & *Malvasiam*, occurrit, ceteris omnibus *tedia*, vel *taedia* placent, i. e. simultates, factionum studia.

— 3. qui veram Lapidis formam intueri velit, adeat *Ant. Mariam Lupum*, ad *Severae*

Mar-

Martyris Epitaphium p. 28. vid. quoque *Dominic. Georgius* ad *Pagii Crit. Baron*, A. 279. p. 215. Tom. III. ed. *Luc.* et *Donati Supplementum* p. 182. 3.

CCCLXVIII. 1. *Petrus Gallandius* olim ad *Graevium* hunc titulum miserat, quem in schedis eius inspexi, plane singularibus literarum formis dotatum: Litera enim L. sic exarabatur quasi Λ Graecorum, et o quadrangularis ◊ singulae voces hoc signo quasi στιγμῇ separabantur. Frustra omnino Muratorius arbitratur, *Dialem* hic pro *Diocletiano* positum esse. Fasti quidem vulgares *Annium Bassum* iu. suffectis A. V. 1036. Dom. 284. consulibus *Carino* et *Numeriano* principibus (v. *Relandi Fasti* p. 250.) Collegam *Diocletiano* dant. Sed fierine poterat, vt *Bassus* etiam quidam, licet incerti anni, in consulatu suffectus Collega *Dialis* esset? Adhaec maximam de fide huius lapidis dubitationem induxit idem superius exemplum, quamquam mutilum, XLIV. 5. *Romae*, hoc vero *Vinducassii* in Francia inventum & ab eodem *Bimardo* ad se missum esse testatus, quod vtrumque simul esse non potest quae discrepantia loci forte permovit *Maffeum* in Arte Critica Lapidaria L. III. c. IV. p. 479. vt eum νοθείας accusaret. alia enim eius argumenta, mihi certe, non videntur omni exceptione maiora. Formula saltem *Deo Marti* non raro occurrit. Sic apud ipsum *Maffeum Deo Herculi*, *Deo Sancto Marti*, et *Deo Marti* in *Museo Veronensi* CCCCXLVI. 8. 10. adda-

 tur

tur ipſius *Muſei Veronenſis Index Deorum* CDXLII. Attamen bonum factum, nihil hic fraudis me ſubodorari poſſe, quoniam *Gallandius*, homo minime credulus, effoſſo tum lapidi interfuit, eamque baſin lapideam duobus circiter pedibus altam deſcripſit in *Hiſtoria Academiae Inſcriptionum Pariſienſis* Tom. I. p. 361. Tom. I. ed. *Hagan.*

— 2. Dudum editionis huius tituli, quanquam ſubinde mendis conſpurcati, auctor fuit *Raphäel Volaterranus*, in *Commentario de Magiſtratibus & ſacerdotiis Romanorum*, p. 956. Tom. III. *Novi Theſauri Salengriani*, vbi non modo aliud eius generis monumentum, ſed etiam *Petri Scriverii Notae*, reperiuntur.

— 3. ex *Veteri Latio Profano* Tomo VI. L. X. c. VI. p. 117. quod tituli fragmentum iam extitit apud *Fabrettum* X. 69. Quis vero per principem inventutis intelligi debeat, *Maximianus* Herculeus, an alius, dicere non auſim. de Maximiano Herculeo facile asſentirem Muratorio, niſi idem *Iunius Priſcillianus Maximus* curator Laurentium Lavinatum, mox *Galerio Valerio Maximiano* Caeſari ap. *Fabrettum* X. 68. mox *Flavio Val. Conſtantio* apud *Gud.* XCIV. 9. aram dedicasſet vel eidem D. N. GALERIO VAL

MAXIMIANO

FORTISSIMO AC

(*Sic*)

BAEATISSIMO CAES.

in ſiniſtro latere ara iiſdem COSS nuncupata eſſet

DE-

DEDIC. KAL. FEBR
MAXIMO ET AQVILINO COS.

apud *Vulpium*. in *Latii Profan.* Tom. VI. L. X. c. 6. p. p. 100.

CCCLXIX. 1. *Observation. Coemiterior.* L. I. c. 19. p. 87.

— 3. ex iisdem *Observationibus*, L. I. c. 19. p. 82. longe veriorem literarum imaginem depinxit *Phil. Bonarota* in Praefatione *Observationum ad vitra antiqua* p. XVIII.

— 3. *Lupi Dissertatione & Animadverſ. ad Severae Martyris Epitaphium* p. 12.

CCCLXX. 1. *Diar. Italic.* c. 25. p. 353. ſed longe accuratior huius Inſcriptionis typus eſt apud *Bonarotam* in *Observationibus* ad *Vitra antiqua* p. 43. et, qui ex Senatoris Bonarotae Muſeo protulit, *Gorium*, in *Inſcription. Florentin*, Tom. I. p. 219: 20. add. hic *Hagenbuchius* in *Epiſt Epigr*. p. 366.

— 2. *Observationibus ad Coemeteria Martyrum* L. I. c. XIX. p. 83: 18.

— 3. Hoc tituli fragmentum pars duntaxat eſt Epigraphes ſupra CXLIII. 1. e. Donio relatae, cuius initium, quoniam *Aprilis* Romanorum menſis cum *Pharmuthi* Aegyptiorum non congruit, *Ed. Corſinus* in *Faſtis Attic. Diſſ. XIV. p.* 434. Tom. II. ita ex ingenio ſupplevit, vt ſeptima et viceſima Martis dies *Pharmuti* primae diei reſpondere poſſet, legendo: πρὸ ϛ' καλανδῶν Απριλίων i. e. A. D. VI. Kalendas Apriles, qua in coniectura praeeuntem ſibi habuit doctiſſ. *Bimardum* in *Diatribe*, ſic inſcripta, *Eclairciſſement ſur la durée de*

 l'Em-

l'Empire de Probus, Carus, Carinus, et Numerian à l'occasion de quelques Medailles de Probus, vid. *Memoires de Literature* Tom. XIII. p. 443. vbi titulum sic ordiri iubet ΤΗ ΠΡΟ ς ΚΑΛΑΝΔΩΝ, sextumque ante kalendas Apriles in primum Pharmuthi cadere posse scribit.

CCCLXXI. 2. dudum eius memoriam renovarunt, *Spon.* III. *Misc.* p. 99. & *Fleetwoodus*, p. 161. 2. ita vt *Doniano Supplemento* non esset opus, p. 19. 6.

CCCLXXII. 1. *Don.* XX. 19. emendatiorem protulit *Gudius* CCCLXV. 11. tertium, quasi minus antea tenebris ereptum, sine necessitate e schedis *Blanchinii* infra reverti iussit noster, MDCCCXXXIX. 2. ap. *Gudium* clare legitur INNOCENTI A vers. 2. & vers. 5. MAXENTI.

CCCLXXIII. 2. in lamina aenea apud *Leonem Strozzam* in Henr. Brenckmanni Epistola ad *Hadr. Relandum de Consulibus, quorum in Pandectis fit mentio*, p. 619. *Appendicis Fastorum Almeloveenii*. Eadem infra recuditur DLXX. 1.

— 3. *Don.* V. 145.

CCCLXXIV. 1. *Observat. ad Coemeter. Martyrum*, L. I. c. 19. p. 79.

— 2. quid novi & incogniti antea afferre possunt schedae, si hominum doctorum opera iam toties in vulgus emanavit? num etiam dormitavit schedarum auctor, hunc titulum locans *Antiquariae in Hispania*, quem superiores omnes editores *Teate* posuerunt, *Reines.* I. 221. *Lucas Camarra de Teate antiquo*, L. III.

III. c. 6. p. 76. *Thes. Ital.* Tom. IX. Part. VI ex eo *Sponius* V. *Miscell.* p. 200. *Donius* IV. 10. *Hesselius* in Indice *Gudii*, p. LXVII. & *Antoni van Dale, Poliater Harlemensis*, in *Dissertationibus de Antiquitatibus & Marmor.* p. 44. et p. 71. Neque vlla subfuit idonea ratio, quare is literatus lapis ad Consulatum *Ianuarii & Iusti*, A. V. 1080. Dom. 328. traheretur, aut *Ianuario* novum cognomen *Primi* affingeretur. Ambo enim *Primus* & *Iustus*, non Consules, sed diserte apud *Reinesium* I. 221. et alios, *Quatuorviri* nominantur, vt docebo ad *Reinesii Eponymol.* v. *Primus* post n. 183. Eumdem vero *Petronium Marcellum* Sacerdotem similis exhibet lapis supra CXXX. 5.

— 3. inspiciantur ad h. l. *Riflessioni del Sign. Co. Camillo Silvestri Sopra un antico Monumento dirette a un Letterato suo amico.* in *Miscellanee di Varie Operette*, Tom. IV. a p. 413.

— 4. Longe quidem veriorem literarum imaginem imitatus est *Philippi Bonarota* in *Praefatione* ad *Observationes* in *Vitra antiqua*, p. XXV. sed retinuit tamen monstrosum illud vocabulum ISSIGVARIS; quod haud dubie convertendum est in SINGVLARIS auctoritate ipsius lapidis; qui asservatur in *Museo Kircheriano*; *Philippi Bonanni*, *Class.* III. 7. p. 102. vbi sic recte legitur.

CCCLXXV. 1. *Observationibus ad Coemeteria Martyrum*, L. I. c. 19. p. 85. quo etiam titulo vsus est *Muratorius* noster in *Antiquitatibus Italiae Medii aevi*, Tom. V. Dissert. LVIII. p. 50.

— 2. Edita primum fuit in *Commentariis*

Tri-

Trivultiensibus (*Memoires de Trevoux*) A. 1734. mense *Septembr.* Art. 96. p. 1612. sub hoc Indice: *Inscriptions Sepulcrales decouvertes à Lyon sur la Montagne de S. Irenée*, cum Observationibus viri docti M. A. L. deinceps a *Scipione Maffeio* in *Antiqu. Gall.* Epist. 20. p. 98. n. IX.

— 3. recte quidem *Muratorius Gruteri* exemplar e *Mazochii* Epigrammatibus, (p. XXV. b. et XXVI.) sumtum indicavit, sed simul non inutile futurum fuisset monere a quot praestanti eruditione hominibus vel laudatum, vel tentatum vel correctum idem monumentum fuerit, tanquam *Panvinio* II. *Fast.* p. 396. *Iacobonio*, in *Appendice ad Fonteium de Prisca Caesiorum gente*, c. IV. p. 38. *Pagio* in *Crit. Baron.* ad A. C. 314 I. p. 559. Tom. III. ed. *Luc. Fleetwoodo*, p. 161. n. 2. *Massono*, in *Corrigendis Gruteri* ad h. l. p. 332. *Petro Relando*, in *Fastis*, p. 337. qui ipse iam *Schelstratium* in Fastis antestatus erat. Praecipue vero praeterici silentio non debebat *Philippus* a *Turre* in *Monumentis Veteris Antii* c. VIII. p. 111—117. vbi exemplum e *Ioh. Mabillonii Veteribus Analectis*, (p. m. 361. n. 40. ed. Paris. 1723. fol.) proferens docte illustravit. Etsi vero hanc Epigraphen suspectam habeat eruditiss. *Maffeius*, in *Arte Crit. Lapid.* p. 328. propter accusandi casum *Ceionium Rufium Albinum* latinis minime vsitatum, tamen meo ignoscat velim pudori, si eiusmodi mendum iam tum ingredienti scribentium incuriae, non dolo malo cuiusdam recentioris Grammatici tribuerim.

CCCLXXVI.

CCCLXXVI. 1. ideoque existimare quis posfit, e schedis primum *Tafurii* lucem aspexisse, quod tamen secus est. Primum *Apianus Inscript. SS. Vetustatis*, p. CI. vulgavit, postea bis *Gruterus*, CCCXC. 1. vt ipse *Muratorius* iam indicavit, et CDXXIV. 1. neque contentus noster vna hac recensione, infra recognovit iterum, ex schedis *Cyriaci*, MXXXII. 6. nusquam sine vno alterove mendo. omnium emendatissime se dedisse visus est *Ioh. de Vita* in *Thesauro Antiquit. Beneventanarum*, Diss. IV. p. 147. et in *Inscript. Beneventanis Class.* IV. 19. p XXI. vbi praeeuntibus *Apiano*, *Grutero*, in altero exemplo, ipsoque *Muratorio*, itidem alterius exempli teste recte legit IVDICIS sed male illud IAM accipit pro *Olim*, vti noster audacter IVRIS loco incisum esse suspicatur. Lenius coniecerim scriptum fuisse HOM. i. e. *Hominis* PRIVATi, sive causarum potroni. Quanam vero argumenti specie coniecturam suam de *Pacati* consulatu illius anni suffecto nobis persuadere posfit, maxime velim edat. Nihil enim necessitudinis Campaniae consulatui cum vrbano.

— 2. *Observationibus ad Coemeteria*, L. I. c. XIX. p. 83 : 22.

— 3. Indidem L. I c. XIX. p. 81 : 10.

— 4. Nunc in lapidibus Capitolinis reperiri docuit *Dominicus Georgius* ad *Pagii Criticam Baron.* A. 338. p. 332. Tom. IV. ed. *Luc.* eiusque genuinam tituli formam verisimiliter adumbrarunt duumviri praestantissimi *Io. Mabillonius* in *Supplemento Libri de Re Diplo-*

plomatica Parif. 1704. p. 114. et *Philippo Bonarota*, in *Praefatione ad Vitra antiqua*, p. XVI. fimul qui Mabillonianam accurationem fecutus erat *Petrus Rolandus* in *Faftis*, p. 344. nec non *M. Anton. Boldetus* in *Obfervat. ad Coemet.* L. I. c. 19. p. 84. 85.

— 5. Ipfe *Muratorius* iam ante huius monumenti locum et naturum fic defcripfit; *Aquilae in Civitate Apruntina, bafis fuper qua ex pedum veftigiis ftatua olim collocata esfe dignofcitur*, in *Antiquitatibus Italiae medii aevi*, Disfertat. XXVIII. p. 803. 804. Tom. II.

CCCLXXVII. 1. Eamdem non modo *Don.* XX. 70. fed ipfe quoque *Muratorius* iam dederat in *Antiquitat. Medii aevi Italiae*, Disfert. LVIII. p. 27. 28. Tom. V.

— 2. Non memini profecto, vt ait *Muratorius*, *Tafurium hoc marmor Disfertatione edita inter Opufcula Patris Calogiera* illuftrasfe: in illis certe, quas habeo, *Opufculorum* quinque et triginta Partibus, non inveni, id memini, tabulae decreti huius aeneae interpretem extitisfe *Petrum Pollidorum*, facta *Expofitione Veteris tabellae Aereae qua M. Salvius Valerius, vir Splendidus Emporii Naunitani Patronus cooptatur*; in laudatis *Opufculis Scientificis & Philologicis*, Tom. VII. a p. 411.=496. vbi verfus omnino aliter ordinati, neque vna lectionis diverfitas occurrit, inferta verbi caufa faepius litera D. veluti verf. 4. poft POPVLO verf. 5. poft DE et poft TABVLA, item AEREA, quam literam poftremae fexti cafus vocali iunctam esfe exiftimat *Pollidorus*, antiquisfimo fcribendi more, vt in *Columna roftrata Duilii*; *altod marid*, pro *alto mari*, et

pug-

pugnandod, item *Dictatoted* pro *Pugnando*, *dictatore*, rel. Sic ibidem animadverti, vers. 7. BOCES pro *Voces*, vers. 8. OPLATVS pro OBLATVS incisum fuisse, mox post versum 13. integrum a *Muratorio* versum omissum esse VT VBICVMQ. RES EXEGIT. TVTOS DEFENSOSQVE PRAESTITERIT: porro vers. 17. scribi POPVLOD & vers. 20. lacunam expleri CL. GEM. ita, vt intelligi debeat *Claudius Geminus Afrodisius*.

CCCLXXVIII. 1. *Observation. ad Coemeteria*, L. I. c. XIX. p. 82 : 15.

— 2. ex iisdem, L. II. c. III. p. 351.

— 3. Editore scilicet *Inscriptionum antiquarum Basilicae S. Pauli ad Viam Ostiensem, Romae* 1654. fol. p. X. n. 137. coniectura Muratorii de *Paulo* & *Moschiano* aeque incerta est, atque mea, si coniicere velim, indicari hic *Paulum*, Collegam *Decentii* A. V. 1104. Chr. 352. *Reland.* p. 368.

CCCLXXIX. 1. Plane similis apud *Gruterum*, CCCCLXXVI. 7. extat titulus, in quo eiusdem anni *L. Turcio Aproniano* Correctori, vti hic, Tusciae & Vmbriae, non ab ordine tamen *Lucensium*, sed *Spoletanorum*, statua ex aere collocatur. Ex cuius basis Gruterianae simulacro discimus, illo ASTERII vocabulo, tanquam in summitate lapidis inciso, & a ceteris segregato verbis indicari, omnibus, qui commemorantur, *L. Turcii Aproniani* commune *Asteriorum* cognomen fuisse.

— 2. Omnes quotquot & ante Muratorium & post eum huius meminerunt tetrastichi, non lectum esse dicunt *Romae*, sed *Nea*-

po-

poli, veluti *Gruterus*, MXCVIII. 8. *Fleetwoodus*, p. 146 : 1. & *Martorellus* de *theca regia Calamaria* apud *Donatum* in *Supplemento*, p. 184 : 4. nec vsquam, ΥΠΑΤΟΥ, sed ΥΠΑΤΟΝ vers. 5. editur, ita vt consularis dignitas non ad *Antigonum*, sed *Philippum* referri possit. An vero hoc titulo *Philippus*, Collega *Saliae* celebretur, quis tanta fiducia, praeter *Muratorium*, definiat?

—— 3. eamdem recensuit *Domin. Georgius* ad *Pagii Criticam Baron.* A. 348. p. 459. Tom. IV. ed. *Luc.* erutam esse testatus A. 1725. neque tamen vers. 3. legit D. XX. seiuncto numero quinario V. sed D. XXV. vti etiam versu 4. non SALIO, sed SALLIA quamquam magis placet vnica litera SALIA. v. *Relandi Fastos*, p. 361. *Aradii Melissi* nomen in Indice plane omissum est.

CCCLXXX. 1. *Obseruat. ad Coemeteria*, L. I. c. 19. p. 81 : 13.

—— 2. apud *Boldettum*, L. II. c. 18. p. 573. non fragmentum est, sed pars eiusdem lapidis esse videtur, cuius titulum infra ex *Marangonio* mutilum exhibuit MDCCCLIII. 5.

—— 3. In hoc rursus titulo recognoscendo admodum indiligenter versatum esse *Muratorium* inde liquet, primum, quod nesciit, dudum a *Grutero*, MLXIII. 9. datum esse, vti etiam *Gorius* ad *Donium* nihil eius rei adnotavit, deinde versum 1. vtpote Arae I. O. M. consecratae indicem, qualis a *Grutero* & *Donio* I. 8. recte servatus est, perperam omisisse, tandem cuius regionis, scilicet *Pro-*

vin-

vinciae Gallaeciae Praeses fuerit *Aco*, sive *Aconius Catullinus*, exemplo quidem *Donii*, sed invito *Grutero*, dissimulasse.

— 4. nunc in aedibus Capitolinis n. XII. conspici testatur *Dominicus Georgius* ad *Pagii Critic. Baron.* A. 352. p. 505. Tom. IV. ed. *Luc.*

CCCLXXXI. 1. *Inscriptionibus Basilicae Pauli ad viam Ostiensem*, p. VIII. 97.

— 2. novitatis gratiam perdunt schedae, sicubi editionis auctoritas intercedit. Constat enim, *Iohannem Lucium* in *Inscriptionibus Dalmatiae*, p. 29. 30. n. 8. Tom. XIV. *Thes. Sicil.* dudum protulisse, et ex eodem Codice scripto *Marulli Spalatensis* habuisse *Sponium*, IX. *Misc.* p. 295. indidem quoque repetiisse *Fleetwoodum*, p. 519 : 2. Ipse etiam Muratorius iam antea vulgaverat in *Antiquitatibus Italiae Medii aevi* Dissertat. LVIII. p. 26. Tom. V. Observandum autem est, non legi apud *Lucium*, et *Sponium*, IVL. ZACONIS sed ZACONI neque DIE III. sed IIII. vti non DATIANO sed DECIANO. Ceterum *Zaconum* pro *Diacono*, vti *Zabulum* pro *Diabolo* sumi posse mirabiliter suspicatur *Muratorius*.

CCCLXXXII. 1. *Dissertatione & Animadversionibus ad Severae Martyris Epitaphium*, p. 145.

— 2. Cave credas, memoriam huius tituli solum servasse *Sirmondum* ad *Ennodium*, L. II. Ep. I. p. 1400. *Oper.* Tom. 1. sed ante eum plures renovasse, tanquam *Baronium Annal. Eccles.* ex eo *Gruterum*,

MCLXII. 1. *Fabrettum*, VIII. 112. postea ex eodem *Sirmondo Henric. Valesium* ad *Ammian. Marcellinum*, XVII. 11. et alios dedisse v. *Relandi Fastos*, p. 390. hodie haec ipsa vrna opere anaglyphico exornata cernitur in Basilica Vaticana, teste *Ficoronio* in *Le Vestigia e Rarità di Roma antica*, Part. II. p. 10. vbi vers. 2. legitur XLIII. vers. 3. IPSA omittitur & vers. 6. extat IPATIO pro HYPATIO.

— 3. Iam superiori saeculo in lucem e schedis Barberinis protulerat *Sponius*, II. *Misc.* p. 50. Si vero eiusmodi argumento, quali vtitur h. l. *Muratorius*, licet *Fl. Eugenii* nomen *Hypatio* obtrudere, quis fingendae nomenclationis modus sit futurus, nescio.

— 4. *Observat. ad Coemeteria*, L. I. c. 19. p. 86 : 29.

— 5. *Inscript. Selectar*, p. 328. nollem tamen immemor fuisset *Fabretti*, X. 170. qui mutilam, aut *Gudii*, CXI. 4. qui plenissimam, aut *Relandi* in *Fastis*, p. 398. 399. fuisset. Plures eiusmodi Inscriptiones ad sacra Mithriaca pertinentes passim occurrunt inprimis apud *Gruter.* CCCIII. 2. in quibus quicquid tenebrarum adhuc supererat, optime dispulerunt viri egregie docti *Salmasius* ad *Spartiani Hadrianum*, c. XIII. *Reinesius Epist. ad Rupertum*, LXIX. p. 647. et ad Class. I. 48. vbi eundem *Hieronymi* locum adduxit, *Philippus a Turre* in *Disputatione de Mithra*, *Monumentis Antii Veteris* addita inprimis, c. V. a p. 199. *van Dalenius*, *de Origine & ritibus Sacri Taurobolii*, a p. 10=15. incertique auc-

to-

tores cum Libri francici de *Religione Veterum Gallorum*, L. II. c. 35. a p. 484. fequ. Tom. II. tum eiusdem dialecti Libri *Explication de divers Monumens fingulıers*, a p. 231. inprimis a p. 271. fequ.

CCCLXXXIII. 2. in *Obfervat.* ad *Coemeter.* L. I. c. 19. p. 84: 24. nunc in aedibus Capitolinis, tefte *Dominic. Georgio* ad *Pagii Critic. Baron.* A. 364. p. 201. Tom. V. ediderat iam ante *Franc. Blanchinius* in *Prolegomenis ad Anaftafium*, Tom. II. p. LXVIII. et poft *Muratorium Scipio Maffeius*, in *Mufeo Veron.* CCLII. 2.

— 3. Ipfe iam commemoraverat in *Antiquitatibus Italiae medii Aevi*, Disfert. LVIII. p. 23. Tom. V.

— 4. *Obfervat. ad Coemeter.* L. II. c. 6. p. 398.

— 5. ibidem L. II. c. 6. p. 404.

— 6. ibidem L. I. c. 19. p. 80: 6.

CCCLXXXIV. 1. Sine dubio oblitus erat monere, ex *Donianis*, XX. 4. fumtam esfe.

— 2. in *Epiftola de cultu ignotorum Sanctorum* quae inferta legitur in *Veteribus Analectis*, p. 557. et in *Ouvrages Pofthumes*, Tom. I. p. 234. Porro in *Supplemento Artis Diplomaticae*, c. 3. p. 15. ed. *Parif.* 1704. & ex eo apud *Relandum in Faftis*, p. 423.

— 3. *Infcriptionibus Bafilicae S. Pauli ad viam Oftienfem*, p. XXX. 410.

— 4. ibidem, p. XXXII. 431.

— 5. *Offervazioni Sopra i Cimiteri*, L. I. c. 19. p. 82: 14.

— ibidem, L. I. c. XIX. p. 80.

CCCLXXXV. 1. ibidem, L. I. c. XIX. p. 81 : 12.

— 2. *Don.* XX. 66.

— 3. in *Additament. Obseruat. ad Coemeter.* p. 808. eiusdem quoque meminerat noster in *Antiquit. Italiae Medii Aevi*, Dissert. LVIII. p. 49. 50. Tom. V.

— 4. cum idem *Probus* in Epigraphe *Gruterianae*, CCCCL. 1. diceretur *Praefectus Veronensium*, recte noster *perquam rarum vtique titulum* appellavit. ideoque hanc ob caussam κιβδηλον esse censuit *Hagenbuchius* in *Epist. Epigr.* p. 218. s. et ante eum *Maffeius dell' antica Condizione di Verona*, p. 62.

CCCLXXXVI. 1. *Inscription. Selectar.* p. 332. & ex eodem *Petr. Relandus* in *Fastis*, p. 447.

— 2. *Inscription. Basilicae S. Pauli*, p. XIV. p. 194.

— 3. ibidem p. XXII. n. 311.

— 4. *Dissertatione ad Severae Martyris Epitaphium*, p. 98. vbi vera tituli pictura.

— 5. Immo non dederat *Donius*, sed *Gorius Inscript. Florent.* Tom. II. p. 352. qui opportune monuerat, apud *Gruterum* iam, MVIII. 8. mendis inquinatam apparuisse.

— 6. *Addition. Obseruation. ad Coemeteria*, p. 808. *Cesquet* idem est atque *aquiescit.*

CCCLXXXVII. 1. *Christianis Inscription. in Basilica S. Pauli*, p. VIII. n. 102.

— 2. Mirum sane, hoc ipsum Epigramma, velut antea inauditum e schedis proferri potuisse, cum toties antea a Grammaticis, tamquam *Smetio*, *Inscr.* XX. 4. *Baronio Ann.* Ec-

Ecclef. ad A. C. 377. I. p. 437. Tom. V. ed. Luc. *Grutero*, XXVIII. 6. edit. posterioris, *Pithoeo*, in *Catalectis*, p. 164. *Io. Lud. Cerda* ad *Virgil.* IV. *Aen.* 511. p. 457. Tom. II. *Ferretio*, in *Musis Lapidariis*, L. I. *Memor.* IV. p. 9. *Fleetwoodo*, p. 15. n. 1. & aliis, praesertim vero ex Alexandri codice scripto a *Philippo a Turre* in *Monumentis Veteris Antii.* p. m. 224. c. 6. disputat de *Mithra*, etsi non ab omnibus eadem integritate & accuratione laudatum, recognitumque fuerit marmor, Vid. quoque *Burmannus Secundus* ad *Anthologi Lat.* L. I. Epigr. LV. p. 31. Tom. I. vereor autem ne duo in vnum tituli conflati sint.

— 3. *Marmor. Pisaurensibus*, p. 72. n. CLXXX.

CCCLXXXVIII. 1. *Don.* I. 24. estne potius *C. Aelius* Hilarianus, quam *Caelius*?

— 3. *Obseryat. ad Coemeter*, L. I. c. 19. p. 83. n. 20.

— 4. Ibidem, p. 83. n. 19.

CCCLXXXIX. 1. eo quoque lapidis titulo vsus erat *Murator.* in *Antiquitatibus Italiae Medii Aevi*, Differt. LVIII. p. 29. 30. Tom. V.

— 2. neque effugit iam olim diligentiam *Gudii*, apud quem bis relata est, CCCLXXII. 8. & CCCLXXXIII. 6.

— 3. *Observat. ad Coemet.* L. I. c. 19. p. 80 : 9.

— 4. *Don.* I. 25. cuius editioni praeivit *Fabrettus*, IX. 500. *Reinesiano* quidem I. 40. & *Fleetwoodiano*, p. 16. 1. typo plenius

exemplum dans, sed versum 8. omittens PONTIFEX DEI SOLIS. de cuius etiam fide antiqua dubitarem, nisi *Donius* titulum se vidisse et exscripsisse testetur. de interpretatione duorum & trium *Flaviorum* post *Fabrettum* vide *Hagenbuchium*, in *Epistol. Epigr.* p. 346. omissum vero nomen est *Q. Cladii Flaviani* in *Indice*.

— 5. 6. *Inscription. Basilicae S. Pauli*, p. XXIV. n. 340. & 345.

CCCXC. 1. *Observat. ad Coemeter.* L. I. c. 19. p. 82. 17.

— 4. Censeri possit ἀνέκδοτος, nisi eum iam in *Donianis*, XX. 103. protulisset *Gorius*. Eumdem denuo frustra recensuit *Donatus* in *Supplem.* p. 189: 1.

CCCXCI. 1. *Observat. ad Coemet.* L. II. c. XVIII. p. 546.

— 2. vel ex *Relandi Fastis*, p. 492. quos ante oculos habuit, discere potuisset, iam *Ambrosii Moralis*, & *Occonis* opera cognitum fuisse.

— 3. nunc est in aedibus *Capitolinis* teste *Dominico Georgio* ad *Pagii Critic. Baron.* A. 387. p. 616. Tom. V. ed. Luc.

— 4. in eodem quoque Museo *Capitolino* auctore eodem *Georgio*, l. l.

— 5. *Don.* XX. 49. add. *Gudius*, CCCLXVII. 8. Aliud exemplum, in nonnullis plenius, retulit infra e schedis *Blanchinii*, MM. 1.

CCCXCII. 1. Haec ara dudum iam innotuerat primum vitiose a *Mazochio*, *Epigram.* CLXIII. 1. tum accuratius descripta a *Smetio*,

tio, XX. 2; vnde *Baronius* in *Ann. Eccl.* A. 390. I. p. 69. Tom. VI. ed. *Luc.* et *Gruterus*, XXVIII. 5. sumtam cum tauroboliorum simulacris exhibuit. Gruteri autem altera editio hic in censum venire debuerat, vbi *Gudius* iam ex Ligorii Codice scripto *Gratiani* errorem sustulit. Ineptissima vero vers. 2. lectio est ORATORIBVS SVIS, pro *Im*peRATORIBVS.

CCCXCIII. 1. 2. Quid schedae poterant novi proferre, cum diu iam eaedem & similes e *Mazochio* Epigr. XXV. *Smetio*, *Panvinio*que prolatae sint a *Grutero*, CXCIII. 4. 7. 8. vnde apparet, non *Titum Fabium Titianum*, sed *Tiberium* esse scribendum. Interim primam lapidis Epigraphen, *Fe.ix Contelorius* de Praefecto vrbi, c. VI. p. 543. *Thes. Antiquit. Salengriani*, tum *Iac. Manillus* in *Villa Burghesia*, p. 55. Tom. VIII. *Pars.* IV. *Thes. Ital.* descripsit, vbi tamen operae Chalcographicae male TITANVS reddiderunt nomine iam emendato et commutato in TITIANVS a *Schurtzfleischio* in *Actis Literariis*. p. 81. qui ipsam aram inspexit.

— 3. *Observat.* ad *Coemeter.* L. II. c. 18. p. 545. legendum forte PETILIANO.

— 5. Vehementer probo Muratorii nostri sententiam iure dubitantis de *Maximo*, per quem intelligi non potest *Maximus* tyrannus, sive Anti-Caesar, vtpote iam ante *Titiani* vel *Tatiani* huius, si diis placet, consulatum a *Theodosio* ad incitas redactus: proinde lubens ipsi assentior, hunc lapidis titulum, fortassis mutilum, aptius cadere in alius *Ti*-

tiani, *Feliciani* Collegae, Annum Domini 337. *Maximum*que videri posse honoris elogium Constantino patri hoc ipso fatali eius anno datum. Ceterum quo nomine venire debeat hic Symmachi Collega, Titiani, an Tatiani, propter ambiguitatem famae librorum & lapidum neutiquam definire audebo ad Reinesii Eponymologicum voce Tatianus & Titianus.

— 7. Veram tituli imaginem pete ab *Oliverio*, in *Marmoribus Pisaurensibus*, CLXIII. p. 66.

CCCXCIV. 1. eius memoriam lapidis instauravit *Donatus* in *Supplem.* 190: 1. adde quae scripsi in *Periculo*.

— 2. Pleniorem quidem a latere, quam *Sponius* (Αυτόπτης) III. *Misc.* VII. p. 36. sed non vsquequaque emendatiorem dedit, versu certe 7. apage MENTVM pro *Sponiano* MEATVM et vers. 11. ERVDIENDIS pro ERVDIENDO.

CCCXCV. 1. Timeo merces Tarentinas, vereorque ne hic titulus lapidis, *Tarenti*, vt fertur, inventi, pars sit Bononiensis marmoris paulo post, n. 4. laudati. Eadem certe huius clausula, quae illius verborum comprehensio.

— 2. Eiusdem quoque Epigraphes memoriam resuscitavit noster in *Antiquitatibus* suis *Italiae Medii Aevi Dissert.* LVIII. p. 23. Tom. V.

— 3. Ex solo nominum indicio ardua sane est librorum cuiusque divinatio. Extat autem in *Montefalconis Diario Italico*, c. XIX. p.

p. 270. & *Ficoronii Obfervationibus* ad hoc *Diarium*, p. 55. vbi emendatior *Montefalconiana*. nec minus circa idem tempus accurate prodiit apud *Vignolium Infcript. Selectarum*, p. 334. cuius exempli formam imitatus eft *Relandus* in *Faftis*, p. 523. 524. De nomine Chriftiano, *Quod vult Deus*, v. *Cannegieterum* de *Nominibus*, c. XIV. p. 76.

— 4. Cave credas lapidis huius cubile fuisfe *Romam*, fed *Beneventum*, quod vno oro profitentur omnes quotquot eum vulgarunt *Apianus*, CLVIII. 3. *Gruterus*, MLI. 9. *Malvafia*, *Marmor. Felfineor* Sect. IX. c. V. p. 569. *Fleetwoodus*, p. 376 : 2. & *Koolius* in Indice *Gudiano*, p. LX. neque *Iuftus* ille *Fidelis*, qui modo ante *Tarentini* dicitur foli civis esfe, a *Bononienfi* diverfus esfe videtur.

— 5. Hanc etiam Infcriptionem recenfuit nofter in *Antiquitatibus Italiae Medii Aevi*, Disfertat. LVIII. p. 27. 28. Tom. V.

CCCXCVI. 2. Si Muratorius, vt ipfe ait, *Boldetti* exemplar in *Obfervat.* ad *Coemeteria*, L. II. c. XVIII. p. 545. fecutus eft, non REVECAE fed REVICCAE reddere debuisfet verf. 1. attamen REVECAE habet, quod vndenam fumferit, nefcio. Hoc tamen extat in exemplo *Bimardi de la Baftie*, quod ex fonte Schedarum Praefidis *Mazaugues* hauftum in *Commentariis bonarum literarum Parifienfibus*, & quidem in *Remarques fur quelques Infcriptions antiques*, p. 455. Tom. XV. ed. Parif. legitur.

— 3. *Infcriptianum Chriftianarum Bafilicae S. Pauli*, p. XXIII. n. 316.

— 4. ibidem, p. XXIX. n. 400.

— 5. dudum iam innotuerat non modo industria *Fabretti*, vt in *Periculo* adnotavi, sed etiam *Reinesii* in Epist. XLI. ad *Rupertum* p. 337. it. in *Syntagmate* XX. 445. *Fleetwoodi* 512. et *Relandi*, in *Fastis*, p. 528. cum quadam tamen in medio lacuna. cuius caussam opportune detexit *Hagenbuchius* in *Epist. Epigraph.* p. 492. Eadem vero, vti hic, integritate relata est a nostro in *Antiquitat Italiae medii aevi* Diss. LVIII. p. 26. Tom. V.

— 6. *Diar. Italic.* c. XII. p. 161. 162. vbi vir doctus versum 2. ita explet *Eutropio tertium et Euticiano viris clarissimis Consulibus.* et vers. 3. in locum PACIS suffici iubet IN PACE: prius sane male! *Eutychiani* enim Collegam nusquam Fasti edunt *Eutropium*, sed *Honorium Aug.* IV.

CCCXCVII. 1. *Inscript. Christian. Basilicae S. Pauli* XXV. 850. sed plures etiam Scriptores Epigraphiti eumdem laudarunt, vt in *Periculo* animadverti, neque ipse eius oblitus est in *Antiquitatibus Italiae Medii Aevi Dissert.* LVIII. p. 28. Tom. V.

— 2. *Don.* XX. 40. reperitur quoque in *Gudianis* CCCLXX. 9.

— 3. *Boldettii Observat. ad Coem.* L. I. c. XIX. p. 81: 11. repetierunt quoque *Maffeius* in *Museo Veron.* CCLXXXI. 10. et *Donatus* in *Supplement*, p. 190. 5. monstrosum illud nomen VBINCENTIVS, commutantes in VINCENTIVS.

— 4. E doctiss. *Bimardi de la Bastie. Epistolis* supra editis p. 145. 146. discere potuisset

set huno lapidem A. 1708 erutum, in *Massoni Historia Critica Reipublicae Literariae* Tom. IX. primum lucem vidisse, vid. Artic. X. p. 255. vbi nonnulla accuratius, tanquam vers. 5. SVRIAE COELAE pro COLAE descripta, aliterque distinctos versus animadverti, vti etiam apud *Maffeium*, in *Verona illustrata* P. II. p. 267. 268. & in *Itinere MScpto Ioh. Aegidii Egmonda-Neoburgi*, Part. VII. An vero huius tituli *Aurelianus* ideo censeri debeat *Stiliconis*, primum Consulis, Collega, quoniam hoc loco COS. notam praefert, post palinodiam, quam ipse *Muratorius* infra ad MMXXIII. 5. cecinit, cum eximii acuminis Critico *Hagenbuchio*, in *Epistol. Epigr.* p. 294. 295. maxime in dubium voco.

— 5. per *Cittadinium* nullus alius forte intelligi potest nisi *Celsus Cittadinus*, libri etrusce scripti auctor, *Trattato della vera origine, e del processo e nome della lingua nostra* cuius indicem dinici ex *Catalogo Bibliothecae Capponianae Romae* 1747. 4. p. 124. & ex quo libro, valde raro, de origine & progressu linguae vulgaris varios decerpserunt titulos *Reinesius*, VI. 99. XIII. 1. XVII. 5. XX. 197. 218. 290. 389. & *Sponius*, VIII. *Misc.* p. 277. apud *Margarinium* vero in *Inscript. Christianis Basilicae S. Pauli* recensetur p. XI. 157. CCCXCVIII. 1. *Inscription. Basilicae S. Pauli* p. XVII. 228. vbi vers. 5. non plene TITVLVM, sed vocabuli fragmentum T... reperi, vnde *Margarinius Tumulum* male coniecit.

— 8.

— 3. pro nondum edita habet, quam dili-gentiae *Lupi* iam debueramus in *Dissertatione ad Severae Martyris Epitaphium* p. 22. Inventus lapis A. 1730. ad Appiam viam in vinea prope Basilicam S. Sebastiani, nunc in aedibus Capitolinis servatur teste *Dominico Georgio* ad *Pagii Criticam Baronian.* 404. p. 433. Tom. VI. ad. *Luc.*

— 4. videatur ad hunc titulum ipse *Muratorius* in *Antiquitat. Italiae Medii Aevi* Dissert. LVIII. p. 21. f. Tom. V.

CCCXCIX. 1. *Inscript. Basilicae S. Pauli*, p. VIII. n. 95.

— 2. 3. vid. quae *Hagenbuch. Epi. Ep.* p. 295. animadverti.

— 4. dedit hunc *Margarinius* accurate cum suis lacunis p. XIX n. 260. Ad Annum Domini 407. tituli quidem apud *Gruterum* MLII. 6. obvii interpretationem. vt ait, *desideratam* exhibuit, quantumvis antea eam iam latine confectam ad *Honorato Bouche*, *Histor. Provinc.* T. I. P. II. Sect. III. p. 563. & *Christo. Browero*, in *Annalium Trevirensium Proparasceve* p. 63. sed intactas reliquit de Constantini Consulatu primo cum ὑπάτειας Ονωρίου το Η apte sociando difficultates, quarum tenebrae etiam post summam iudicandi solertiam *Hagenbuchii* in *Epist. Epigraph.* p. 327. 328. et 368. 369. nondum omnes sublatae sunt. Id constat, consulatum huius Constantini primum non tam cum *Honorii* Septimo, hoc. est, A. D. 407. quam octavo, i. e. A. D. 409. copulari oportere.

— 5. *Dominic. Georgius* ad *Pagii Critic. Baro-*

ronian A. C. 406. p. 521. Tom. VI. edit. *Luc.* eiusmodi praescripsit titulo indicem: *Tuscanae in Etruria suburbicaria s. Provincia Patrimonii S. Petri in aedis S. Petri Presbyterio.* legitque ἀντὶ τοῦ PERCIVS versu 3. PERCV. . . . vnde coniicere licet, incisum esse PERCV*lsus*. Ceterum versu 2. literae D.... lacuna nescio an *Diuturnitatem*, *Divinitatem*-ue denotare possit. Eamdam quoque Epigraphen retulit *Muratorius* in *Antiquitatibus Italiae Medii Aevi*, *Dissert.* LVIII. p. 31. 32. Tom. V. & *Donatus* in *Supplem.* p. 191: 3.

CD. 2. *Marmor*, *Pisaurens.* n. CLXXVII. — 3. legendum vers. 4. DEPOSITIO. v. *Muratorii Antiquit. Italiae Medii aevi* Dissertat. LVIII. p. 31. 32. Tom. V.

CDI. 1. Sicui lapidum veterum titulo opus est Oedipo, hic certe tot coniecturarum laqueis irretitus est, vt quo te vertas, te propemodum nescire fatearis. Fallax nominis forma, incertiorque temporis nota vulgo censetur, quacum ligare eumdem velis. Primus Epigraphen vidit *Bilibaldus Pirkhaimerus*, cuius fidem antestatur *Apianus*, (:1534:) p. CCCCLXXXVI. 2 maiori accuratione ἀρχέτυπον literarum scripturam cnm omnibus Monogrammatibus imitatum est praestantissimum illud Par Geographorum *Abrahamus Ortelius*, et *Ioann. Vivianus* in libello admodum raro *Itinerarii per nonnullas Galliae Belgicae Partes*, *Antverpiae* 1584. 8. evulgato. p. 60. ex *Apiano* vero habuit *Smetius*, (1588.) p. CXLIII. 5. ex eodem *Apiano Gruterus* (1603.) p. MLI. 8. et *Grutero Fleetwoodus*

(1691.)

(1691.) p. 375: 6. et tandem doctiss. Praesul Trevirensis, *Ioh. Nicol. Honthemius*, in *Collectione Antiquarum Inscriptionum Trevirensium, Prodromo Historiae Trevirensis Diplomaticae, Augustae Vindelicorum* 1757. fol.) Class. III. 2. p. 88. inserta, cuius exemplum renovavit *Donatus*, in *Supplemento* p. 192 : 1. Omnes constanter exhibent: H. IACET ELIVS CONSTANCIVS vel CONSTANTIVS. Solus, quantum sciam, *Christian. Browerus*, in *Antiquitatibus & Annalibus Trevirensibus*, *Leodii* 1671. fol. p. 283. pro ELIVS intrusit FILIVS. simul *Constantii* vitam non diuturniorem secundo eius consulatu sumere visus est. vnde haud dubie nata est emendatio praenominis FLAVIVS, quam primus indicavit *Fleetwoodus*, I. 1. postea repetiit Cel. *Dav. Ruhnkenius* in Dissertatione priore *de Galla Placidia*, *Vitebergae* 1743. 4. p. 40. et nunc ipsi *Broweriano* exemplo inseruit *Muratorius* h. i. Iam in promtu se habere putarunt interpretes hominis personam, ad quam titulum accommodare possent, scilicet ad *Flavium Constantium*, fratrem affinem *Honorii* Augusti, quocum XI. Consule A. V. 1169. Dom. 417. consulatum secundum ordinarium gessit, postquam eodem fortassis anno sororem eius *Gallam Placidiam* secundis nuptiis sibi iunctam acceperat. sed cum lapis formulam H. IACET, hoc est, *Treviris* ediderit, significaveritque *Flavium Constantium* secundo consulatu illic mortuum et sepultum esse, maior de fide dictorum illius cippi suborta est difficultas, negantibus quippe, vsquam legi,

Fla-

Flavium Constantium aut domicilium *Augustae Trevirorum* habuisse, aut eo anno Consulatus mori potuisse, quandoquidem constet, liberis *Honorio* & *Valentiniano* III. procreatis Consulatum III. cum *Theodosio* II. Orientis Augusto, IX. Consule A. V. 1171. Dom. 420. meruisse, tum ab *Honorio* in imperii societatem ascitum fuisse, A. V. 1171. A. Dom. 422. et fortassis eodem demum anno occubuisse. Inde sibi licere existimarunt homines eruditi, vt alii *Constantium* denuo mutarent in *Constantinum*, nescio quem, forte Britanniae tyrannum, quam tamen emendationem *Muratorius* falso tribuit *Fleetwoodo*, alii suspicarentur, vel *maximam lapidis partem periisse*, vel verba, *Hic iacet ad alium referri debere*, vt *Ruhnkenius* l. l. alii plane fidem lapidis in dubium, invitis tot testibus, vocare auderent, vt hoc loco *Muratorius*, immo ob haec tanta sententiarum divortia Cel. *Hagenbuchius Flavium Constantinum* cum *Flavio Constantio* permutans eum *Flavii Rufi* A. V. 1209. Dom. 457. Collegam effingeret in *Epistol. Epigraph.* a p. 325.=329. et 369. Sic emendandi, corrigendi, suspicandi nullus est finis, quam tamen libidinem aegrius patiuntur lapides, quam libri veteres. Equidem mediam ingredi viam, opinarique malim, salvam esse ipsius tituli antiquitatem & lectionem ELIVS CONSTANCIVS, fuisseque *Eliam* s. *Aelium* quemdam *Constancium*, nihil cum *Flavio Constantio*, *Gallae Placidiae* marito, necessitudinis habentem, qui in illa temporum & imperii Romani socordia extra Romam inter tyrannos consulatum vel suf-

ſuffectum, vel ordinarium vel honorarium ſibi arrogauerit, moratuſque inter Treviros finem ibi vitae ſuae invenerit.

— 3. *Inſcription. Chriſtian. in Baſilica S. Pauli*, p. XVII. 236.

— 4. quaſi hic titulus ex *Marmii* ſchedis primum lucem viderit, qui iam *Franciſci Victorii*, Equitis Florentini, ſtudio prodierat in Commentario de *Numo antiquo aureo*, vulgari dialecto: (*Il. Fiorino d'oro antico illuſtrato, in Firenze*, 1738. 4.) p. 19. Longe veriorem tamen poſtea lapidis & Epigraphes formam nobis obtulerunt duo exempla & *Petri Franc. Fogginii*, in *Exercitatione* de *Primis Florentinorum Apoſtolis*, *Florentiae*, 1740. 4. ad p. 11. n. 15. et *Ant. Franc. Gorii*, Tom. III. *Inſcript. Florentin.* a p. 314. qui ſuis et doctiſſ. *Hagenbuchii Animadverſionibus* Inſcriptionis verba & ſententias illuſtravit. Cf. eiusdem *Gorii Praefatio*, p. XXXII. = XXXX. *Gorium* tamen non recte cepiſſe *Hagenbuchii* mentem apparet ex iis, quae contra eum humaniter monuit *Hagenbuchius* in *Epiſtol. Epigraph.* p. 359. 361. = 367. *Gorio*que ſe viciſſim defendenti ibidem, p. 382. reſpondit *Hagenbuchius*, p. 389. Maximus interpretandi nodus erat in ſigla Κω, quae haud dubie accipienda erat de Κώμη vico, vti etiam recte in mentem venit *Ioſepho Bartolio* in *duabus Diſputationibus* (*Due Diſſertazioni*, *Veronae*, 1745. 4.) p. 202.

CDII. 1. Schedarum *Donianarum* beneficio non erat opus, cum iſtud diu ante maiori lucro praeſtitiſſet *Margarinius* in *Inſcriptionibus Chriſtianis Baſilicae S. Pauli*, p. X. 136. et

XVII.

XVII. 229. Ex eo enim cognovimus, non modo duo hic titulos in vnum conflatos esse, sed alterum quoque non *Theodosia*, X. sed XVI. consuli collegam dedisse *Faustum*. Propterea haec Epigraphe ad Domini annum 422. frustra refertur.

— 3. *Inscript. Christian.* p. XVII. n. 231.

— 5. ibidem, p. IV. n. 38.

— 6. Fuit olim ad S. Laurentii in Caesaria, vt testatur *Hieron. Faber*, in *sacris Monumentis Ravennatensibus*, p. 226.

— 7. Mediolani effossa 1675. sic *Muratorius* in *Antiquitatibus Italiae Medii aevi*, Dissertat. XXXII. p. 1011. Tom. II.

— 8. *Observat. Coemeter.* L. I. c. 19. p. 86.

CDIII. 1. *Inscript. Christian.* p. XXVI. n. 865. Recte *Muratorius* observavit iam apud *Fabrettum*, V. 375. memoriam eius servatam fuisse. De tempore eius consulatus vid. *Sirmondus* ad *Sidonium Apollinarem*, p. 127. & *Relandus* in *Fastis*, p. 595.

— 2. *Inscript. Christ.* p. XXXII. 428.

— 3. *Don.* XX. 42.

— 4. de *Sacris Aedificiis a Constantino Magno constructis*, c. 11. p. 16. quem se descripsisse ait ex *Onuphr. Panvinio*, addito simul tetrasticho, cuius initium est: *Aula Dei haec similis*, rel. a *Muratorio* vero praetermisso. Quoniam vero altera *Gruteri* editio ad MLXXV. 1. 2. haec addidit: *Citat Panv. lib. de Basil. Rom.* non modo suspicor, *Ciampini* fontem fuisse hunc *Panvinii de antiquis*

Christianorum in vrbe Basilicis, aedibus & templis, siue de septem Ecclesiis *librum*, *Romae* 1570. 8. & *Coloniae* 1584. 8. editum, quem numquam vidi, sed miror quoque *Gruterum*, qui multos alios titulos ex *Panvinii* libris decerpserat, eum ipsum in consilium non vocasse, cum & hic & infra, MCLXIIII. 5. pleniorem dare potuisset. Quod attinet ad *Flav. Constantium Felicem* & vxorem eius *Padusiam* vide quae optime animadvertit *Hagenbuchius* in *Epist. Epigr.* p. 297. = 301.

—— 6. Hoc Fragmentum ad proximum annum aptius referetur. Legi enim debet p. 6. ET CONS*ulatum Felici*S ET TAVRI VV*irorum* CC*larissimorum.*

CDIV. 1. Emendatior iam, vt mihi quidem videtur, prodierat ap. *Margarinium* in *Inscript. Christian. Basilicae Pauli*, XXI. 283.

—— 4. Eamdem accuratius, nitidiusque ad fidem lapidis descriptam retulerunt *Petr. Franc. Fogginius* de *primis Florentinorum Apostolis*, ad p. 11. n. 16. & *Gorius Inscript. Etruriae*, Tom. III. p. 328: 8.

—— 5. *Don.* XX. 99. & *Donat.* in *Suppl.* 193: 6.

CDV. 1. *Inscript. Christian. Basil. Pauli*, p. XXVI. 363.

—— 2. Fefellit eum memoria. Apud *Margarinium* nihil inveni. Neque tamen dubitaverim quin huius tituli *Festus* denotetur Consul, A. C. 472. *Marciani* collega, auctoritate virorum doctissimorum *Baronii Annal. Eccles.* ad A. C. 472. n. I. p. 310. Tom. VIII. ed.

Luc.

Luc. Reinesii, XX. 374. *Fleetwoodi*, p. 458 : 4. & *Relandi* in *Fastis* ad illum annum, p. 650. qui omnes eum laudarunt, motus.

— 3. Eandem iam in *Gudianis* reperiri nunciaverat *Relandus* in *Fastis*, p. 614. idque praeconium ipsa corporis *Gudiani* editio, CCCLXXII. 8. approbavit. Exaratumne in ipso lapidis exemplari duplex DD. et NN. fuerit, in disceptationem vocari possit, quoniam sensu Romano nemo dici poterat *Dominus*, nisi *Augustus*, qualis erat *Valentinianus*, huius vero dignitatis expers fuit *Anatolius*. Sume igitur sublato multitudinis numero DD. NN. i. e. Domicorum Nostrorum legi debere D. N. i. e Domini Nostri, nescio sane quid in latina formula *Post Consulatus Domini nostri Valentiniani V. & Anatolii* pariter atque subsequenti graeca μετὰ τὴν ὑπατειαν τȣ Δεσπότȣ Βαλεντινιανȣ τὸ πεμπτον καὶ Ανατολιȣ spuriae antiquitatis insit, aut sagacitatem doctissimi *Maffei* in *Museo Veronensi*, p. CX. offendere possit, satis confitenter decernentis, illud *post Consulatum Valentiniani & Anatolii*, *Scriptoribus*, & *monumentis omnibus adversari.* Fac in libris formulae memoriam deesse: num in monumentis extare subsequentis anni, quo vel nulli vel dubii consules, ex superiori anno repetitorum subinde consulum eiusmodi indicem, iure negabis? Scio autem quid *Maffeium* male habeat. Semel quippe adoptaverat sententiam in *Historia Diplomatica*, p. 117. expositam, *Maximum* A. C. 443. non II. vt edunt Fasti, sed III. cum *Paterno*, sive potius *Patero* processisse consulem, ideoque vt tum fieri posset

ſet *Tertium*, nunc hoc anno Chriſti 441. ne *Cyrus* esſet ſolus, quantumvis hoc diſerte iubeat *Marcellinus*, *Maximum* intruſit conſulem *iterum*.

— 4. Miror ſane *Bimardum*, rei Epigraphicae virum conſultisſimum, ad Muratorium graecam hanc Epigraphen ex *Nicol. Chorerii Hiſtoria Delphinatus* (libro admodum raro: *Hiſtoire du Dauphiné: Grenoble*, 1661. Fol.) mittere potuisſe dudum ex eodem libro a *Reineſio*, XX. 454. indeque a *Fleetwoodo*, p. 518: 1. decerptam & emendatam. Fortasſis *Gudius* etiam dedisſet, ſi ipſe edendo corpori ſuo praefuisſet. Eius certe meminit *Relandus* in *Faſtis*, p. 614. & *Koolius* in Indice conſulum Gudiano, LXVIII. Inde apparet ambiguitatem ſcripturae τον δεσποτον pro τῶν δεσπότων optime correxisſe *Reineſium* ΤΟΥ ΔΕΣΠΟΤΟΥ.

CDVI. 1. Diutisſime iam omnibus innotuerat beneficio *Iulii Caeſaris Capacii* in *Antiquitatibus et Hiſtoriis Campaniae*, c. XXIX. p. [318] *Theſ. Ital.* Tom. IX. Part. III. vnde ad *Reineſium* tranſiit, XX. 140. et ab aliis poſtea ſaepius non ſine hoc illove mendo repetita fuit, tanquam *Fleetwoodo*, p. 454: 4. *Vghello*, *Italiae Sacrae*, Tom. V. p. 253. *Fr. Blanchinio*, in *Praefatione* ad *Anaſtaſii Bibliothecarii*, Tom. I. n. XXVI. *Relando* in *Faſtis*, p. 616. & *Dominic. Georgio* ad *Pagii Critic. Baron.* A. 442. p. 551. Tom. VII. ed. *Luc.*

— 2 Primarius huius Epigrammatis fons eſt *Antonius Boſius* in *Roma Sotterranea*, opere multis nitidisſimisque picturis & tabulis exor-

ornato, *Romae* 1632. grandi folio, P. III. c. X. p. 488. ex quo ad ceteros manavit, *Paulum Aringhium*, in *Roma Subterranea*, L. IV. c. 27. p. 78. ed. *Parif.* 1659. fol. inde ad *Reinesium*, XX. 380. *Fleetwoodum*, p. 472 : 1. & *Fabrettum*, II. 277. vidit quoque & descripsit *Jac. Sirmondus* ad *Ennodii Carm.* L. II. Epistol LXXIX. p. 877. Oper. Tom. I. quem si reapse auctorem secutus est Muratorius, quaeso, quid causae subfuerit, cur quatuor illos versus Epitaphio ab omnibus, quotquot nominavi, scriptoribus praemissos omiserit?

—— 3. Hic quidem titulus duorum *Petronii Maximi* consulatuum certissimum suppetit argumentum, neque tamen quisquam forte inde cogat, eumdem, *post duos ordinarios Consulatus*, tertio consulem Valentiniano III. auctori tot honorum, grati animi causa statuam vel aliud simile monumentum locasse.

CDVII. 1. Immo iam edita legebatur cum in *Gudianis*, CCCLXXII. 1. tum in *Donianis*, XX. 31. unde repetiit *Fogginius*, de *primis Florentinorum Apostolis*, p 56. neque a *Muratorii Antiquitatibus Italiae Medii Aevi* absuit Dissertat. LVIII. p. 57. Tom. V.

—— 2. in *Inscript. Christian. Basilicae S. Pauli*, p. XI. n. 155. vbi magis sincera tituli superstitis imago.

—— 4. ibidem, p. XIV. n. 201. Ancilla Dei eadem est quae Famula Dei, v. *Cannegieterus* de *Nominibus*, c. XII. p. 68. 69.

—— 5. ibidem, p. XVI. n. 226.

—— 6. *Don.* XX. 44. vterque & *Gorius* &

Muratorius nescìit, extitisse iam apud *Fabrett.* VII. 389. vti etiam *Dominicus Georgius* ad *Pagii Critic. Baron.* 450. p. 50. Tom. VIII. ed. *Luc.* Duplex illa sigla GI. numerum VIInarium denotat, & *Abinius* idem est, qui *Avienus.* Eadem quidem infra, MMI. 4. ex schedis *Blanchinii*, nonnullis vocibus auctior, neutiquam tamen emendatior rediit.

CDVIII. 1. Bene fecisset *Muratorius*, si ipsum librum *Fontanini* indicasset: Quis enim ex solo nominis indicio suspicetur, huius lapidis Epigraphen singulari quodam *Commentario* a *Iusto Fontanino* illustratam fuisse, *Di Santa Colomba Vergine Sacra*, *Romae* 1726. 4. quem in compendium miserunt *Acta Eruditorum Lipsiensia* 1730. mense Aprili, p. 177. sequ. vnde mihi apparere videtur, perperam hic legi vers. 2. *Coluba* pro *Columba.* Nollem etiam dubitasset, vtrinam *Opilioni*, *Vincomali*, A. C. 453. an *Iustini* Augusti, A. C. 524. Collegae hic accommodari possit cippus posteriorem enim clamat Indictio secunda, vt optime demonstravit *Hagenbuchius Epist. Epigr.* p. 336. 337. Cf. quoque *Pagius* ad A. C. 524. I.

— 2. *Inscript. Christian. Basilic. S. Pauli*, p. XXXII. n. 432.

— 3. ad *Sidonii Apollinaris Carminis* VI. *Praef.* p. 1192. *Oper.* Tom. I. ex eo dudum habuit *Reinesius*, XX. 399. *Fleetwood.* p. 493 : 5. *Honor. Bouche*, *Histor. Provinciae*, Tom. I. p. 601, & *Relandus* in *Fastis*, p. 637.

— 4. *Observat.* ad *Coemeteria*, L. I. c.

c. XIX. p. 83. qui per *Avitum* ibi pessime intellexit *Pompeiani* Collegam, A. Dom. 209. non cogitans h. l. dici D. N. *Dominum Nostrum.* —

— 5. 6. in Basilica S. Agnetis via Nomentana. ex *Baronio Annal. Ecclesiast.* 456. n. I. p. 184. Tom. VIII. ed. *Luc.* vnde *Sirmondus* ad *Sidonii Carmin. VI. Praefat.* p. 1192. Oper. Tom. I. et ex iisdem *Reines.* XX. 90. *Fleetwood.* p. 410 : 4. & *Relandus* in *Fastis* 637. Eadem haud dubie quae proxima.

CDIX. 1. *Supplemento Rei Diplomaticae*, Paris. 1704. p. 114. quod exemplar mirum, quantum ab hoc typo discrepet. Quid vero siue lucis siue argumenti siue commodi istud monumentum ad designandam huius consulatus vim afferre possit, ingenue fateor me Dauum, non Oedipum esse. *Claudius* enim *Varenus* Consul Prouincialis, et *Claudiae Varenillae* maritus, si sana lectio est, *Censor Pavius*, siue *M. Censor Pavius*, vt legere me memini in *Itinere* scripto *Ioh. Aegidi Egmonda* - *Neoburgi*, Part. I. cuius tamen nulla vspiam memoria, itidem Prouinciae Aquitanicae consul designatus fuit.

— 2. Si meminisset Muratorius supra iam ab ipso incorruptius datam fuisse, tot sane deformatam vitiis non redonasset. quod cum vidisset solertissimus *Hagenbuchius*, facile remedium inuenire potuit, quo in integrum restitueretur titulus, exularetque plane hic *Aviti* consulis mentio. Sic autem legit. *Ad* (maluissem: *Ante Diem*) V. *Kalendas Februa-*

 rias

rias Imperatore Caesare, XIII. *M. Plautio Silano* COS in *Epist. Epigr.* p. 30. Cf. *Bouhierius* ibidem, p. 40.

— 3. *Inscription Basilicae S. Pauli*, p. X. n. 131.

— 4. in *Praefatione* ad *Anastasii Bibliothecarii*, Tom. I. n. XXVI.

— 6. *Diar. Italic.* c. XII. p. 161. qui *mutilam & erasam* ait, sed integram dare potuisset, si eodem modo recordatus esset *Fabrettinae* editionis, VIII. 117. uti *Relandus* in *Fastis*, p. 645. neque tamen insolens videri debuerat, in vno cippo duorum diversorum annorum consules laudari, vnius enim cippi titulus non est, sed necessario divellendus, vti ipse *Muratorius* infra & divulsit, & emendatiorem dedit MMII. 1. 2.

CDX. 1. *Inscript. Basilicae S. Pauli*, p. XXXII. 456.

— 2. ibidem, p. X. 129.

— 3. *Don.* XX. 105.

— 4. Tom. I. p. 292. vers. 5. XIII. Kal. Nov. legendum esse putat *Dominic. Georgius* ad *Pagii Crit. Baron.* A. 470. n. I. n. 296. Tom. VIII. ed. *Luc.*

— 5. *Antiquitat. Galliae*, Ep. XX. n. 98. Antea iam in *Memoriis Trevoltinis*, 1731. mense Septembri Art. 96. p. 1613. lucem viderat.

CDXI. 1. Infeliciter & vidit & interpretatus est *Muratorius*; Literarum compendia & gryphos optime divinavit *Scipio Maffeius*, in *Graecorum Siglis*, p. 82. & secundum eum *Hagenbuch.* in *Epistol. Epigr.* p. 592. et 605. nec non *Franc. Anton. Zacharias* in *Excursu*

Li-

Literario per Italiam, vnde Cl. *Donato* ius natum erat eamdem, veluti novam, denuo in conspectum dandi in *Supplemento*, p. 196 : 1, adde quae de mense Gorpiaeo ad h. l. observavit *Eduard. Corsinus* in *Fastis Atticis*, Tom. II. p. 463.

CDXI. 2. Legitur quoque ap. *Dominicum Georgium* ad *Pagii Critic. Baron.* A. 471. I. p. 299. Tom. VIII. ed. *Luc.*

— 3. in *Inscript. Basilicae S. Pauli*, p. VI. 71. Ad eumdem consulatum addi potuisset alia Graeca *Margarinii*; p. LXIII. 24.

— 4. Legebatur iam in *Gudianis*, CCCLXV, 7. aliter distinctis versibus.

— 5. ex *Petri Ioffredi urbis Nicaeensis Notitia*, Part. I. de *Nicaeae Civitatis Sanctitate illustribus*, p. 107. Tom. IX. Part. VI. *Thes. Ital.* vnde apparet, typum *Muratorianum Ioffrediano* simillimum esse, neque alias signorum species a nostro quater redditas esse, quam palmarum, vel foliorum, vt ego quidem interpretor, cuiusmodi ornamenta a marmorariis, seu profanae superstitionis, seu Christianis saepius verbis inserta esse docent exempla apud *Reinesium* in *Praefatione Syntagmatis*, Stella 1. fol. 3 opistogr. *Fabrettum*, III. V. p. 118. et *Boldettum* in *Observationibus* ad *Coemeteria Martyrum*, L. I. c. 52. p. 274. sequ. obvia. Cum vero *Mabillonius* eumdem titulum ex *Ioffredo* referens, in Epistola *de Cultu Sanctorum Ignotorum*, p. m. 557. *Analector. Veter.* illa foliorum nullius significationis signa in corcula, sagittis transfixa, commu-

mutasſet, & *Relandus* vicisſim in *Faſtis*, p. 652. omisſis quaſi ſpiculis nudam exhibuisſet ſiglam V. ius ſibi natum esſe cenſuit acutisſimus *Hagenbuchius* in *Epiſt. Epigraph.* p. 340. 341. de nomine *Spectabilis* dubitandi, idque accipiendi de *Spectabili Viro*, *Expectato*. quibus ingenioſe dictis lubenter asſentirem, niſi eiusmodi laudis & virtutis adiuncta ſubinde in lapidibus nominum, cognominumve naturam induisſent. Talia ſunt *Celer*, *Felix*, *Nobilis*, *Speratus*, *Strenuus*, *Generoſus*, *Acceptus*, *Armatus*, et multa alia, v. *Zachariae* Inſtitutiones Epigraphicae, L. II. c. II. p. 80.

CDXII. 1. *Inſcription. Baſilicae Pauli*, p. XXII. 304.

—— 2. hic lapis primum vitioſe a *Iulio Caeſare Capacio*, in *Antiquitatibus et Hiſtoria Campaniae*, c. 29. p m. [318.] Tom. IX. Part. III. *Theſ. Italiae*, dein opportune emendatus a *Reineſio*, XX. 74. repetitusque a *Fleetwoodo*, p. 400 : 5. vereor ne ad ſeriora deferri tempora debeat, nempe poſt conſulatum *Flavii Fauſti* iunioris. Apud *Vghellum* enim *Italiae Sacrae*, Tom. VI. p. 252. legitur verſu 2. FAVS. FL. praepoſtera nominum ſerie V. C. h. e. *Flavii Fauſti Viri Clarisſimi*, adeoque poſt tempora Conſulatus Flavii Fauſti, Iunioris ſcilicet, A. Dom. 491. vt vir doctus ad *Vghelli* l. l. adnotavit.

—— 3. Sic etiam non ſatis ſcio, *Decius*ne *Marius Venantius Baſilius* huius lapidis, Anno Dom. 484. an vero Anno 508. ad quem magis inclinat & propendit animus, adiudicari pos-

possit. In *Fastis* certe *Almeloveenianis* Anni 508. non *Venantii* nudum nomen, sed *Basilius Venantius Decius* cernitur.

— 4. An ex ipsius *Pauli Gallerati Monumentis antiquis Novariensium*, *Novariae* 1612. 4. editis, desumta fuerit Epigraphe, nescio. Id novi, ex eodem iam *Gallerato* dedisse *Donium* XX. 12. neque *Fl. Ehudericum* s. *Euthericum* s. *Eutharicum* esse posse *Theodoricum* huius anni Dom. 484. Consulem, Collegam *Venantii*, sed *Eutharicum*, *Iustini* Augusti Collegam, A. Dom. 519. vid. omnino *Hagenbuch. Epist. Epigr.* p. 216. 320. & 342.

CDXIII. 1. *Inscriptionibus Basil. S. Pauli.* p. XIV. n. 198. qui tamen mutilum haud dubie nomen propter subsequentem QVI non NONNOSA, sed NONNOS*us* explevit.

— 2. Nesciit ex eodem *Sirmondo* ad *Ennodii* L III. Epist. 6. p. 1498. Oper. T. I. transiisse ad *Reines.* XX. 313. inde ad *Fleetwoodum*, 410: 5. et ex *Fleetwodo* rursus ad *Relandum* in *Fastis* p. 661. Neque dubitavit eamdem in medium revocare infra e schedis *Vallicellianis* potius, vt ait emendatiorem, quam ex *Sirmondo*. MMII. 7. cuius exempli lacunam post Boëthii Consul. cum *Hagenbuchio* persuasisset, ipse hanc supplevit *Symmachi* societate, et transtulit ad A. Dom. 522. in *Epist. Epigr.* p. 338.

— 3. ex iisdem *Sirmondi* adnotationibus ad *Ennodium*, p. 1498. Oper. Tom. I. iam dudum migravit in corpus *Reinesianum* XX. 402.

402. inde ad *Fleetwodum*, p. 500: 3. et sola *Fleetwoodi* via ad *Relandum* in *Fastis*. p. 661. quod etiam doctissimi *Hagenbuchii* solertiam in *Epist. Epigr.* pag. laudata non effugit. Interim tenendum est, huic anno in Fastis Almeloveenianis praeferri Consulis *Anicii Manlii Severini Boëthii* nomen, quod *Pagius* in *Crit. Baron.* ad A. 487. iure explosit. Est enim *Fl. Boëtius* vel *Böethius*.

— 5. Primum quidem diu in lucem prolata est a *Georgio Gualthero* in *Tabulis antiquis Inscriptionum Panormitanarum*, p. 136. n. LXXVIII. Tom. VI. *Thes. Siculi*, sed nec ea integritate, nec ea literarum fide, quam imitati sunt *Anton. Maria Lupi* ad *Severae Martyris Epitaphium* p. 147. et *Gabriel Lancellotus Castellus*, in libro, *Le Antiche Iscrizioni di Palermo. in Palermo* 1762. fol. p. 55. n. CVII. adeoque quam observare debuisset, qui miserat *Lucchesius*. Nam vers. 1, omissum est verbum FVIt, & novissimo, repugnantibus omnibus illis typis DYNAMIO, pro DYDAMIO. Proinde operae pretium esse iudicavit *Donatus*, ut eamdem Epigraphen in censum *Supplementi* sui redire iuberet. p. 197: 1.

— 6. Siglam versus 2. EX PRA . . . . explicare mavult *Hagenbuchius* in *Epist. Epigr.* p. 323. per Ex praefectum *Praetorio*, quam cum *Scaligero* Ex *Praepositum*.

— 7. Sine dubio *Bernardinus Campelli* est, cuius *Historia Spoletina*, etrusce scripta *Spoleti* 1672. 4. hunc ipsi titulum subministravit. Eum vero librum videre numquam mihi

hi contigit. Titulum duntaxat cognovi ex *Vghelli Italiae Sacrae Spoletinis Episcopis*. p. 1256. vbi versus aliter ordinatos reperi.

CDXIV. 1. Supervacanea erat repetitio post *Reinesium*, XX. 236. *Fleetwoodum* p. 494: 5. et *Relandum* in *Fastis*, p. 665.

— 2. Recte exponit *Lucentius* in adnotat. ad *Vghelii Italiam Sacram*, Tom. VI. p. 252. *Depositio*, apud quem vers. 2. deest. FL.

— 3. *Christianarum Inscript. in Basilica S. Pauli* p. XVII. n. 242.

— 4. *Antiquitat. Galliae*, Epist. XX. p. 99. recte Viennam praescribente, vbi etiam circa a. 1670. in lucem prodierat, teste *Sponio*, in *Descriptione vrbis Lugdunensis* (*Recherche des Antiquités et Curiosités de la Ville de Lyon*) c. IX. p. 202. a quo cum primum illo in libello relatus esset titulus, id *Fleetwodum* in errorem induxit, vt eumdem *Lugduni* collocaret p. 483: 3. quod Maffeus videtur nescivisse.

— 5. in exemplo *Donatiani Supplementi* p. 197: 2. vers. 1. pro S.EST. quod interpretor *Situs*EST, legitur SEXT.

— 6. ex iisdem *Galliae Antiquitatibus*, Ep. 20. p. 99. cui itidem incognitum esse videtur, antea iam literis consignatam fuisse a *Sponio*, in *Recherche des Antiquités et Curiosités de la ville de Lyon*. 1673. 8. *Cl. Menetreio*, *Histoire Consulaire de la ville de Lyon. à Lyon* 1696. fol. p. 204 *Fleetwoodo*, p. 373: 3. *Mabillonio*, in *Supplemento operis Diplomatici* p. 15. et *Relando*, in *Fastis* p. 667. e quibus omnibus numerus annorum

ver-

versu 4. XIV. et versu 4. diei X. restituitur.

— 7. Muratorius duntaxat antestatur *Sirmondum* (ad *Ennod.* L. II. Ep. 1. p. 1400. oper. T. I.) & *Maffeium*, (*Galliae Antiquitat.* Ep. XX. p. 100.) sed rei Epigraphicae interest scire, eamdem Epigraphen antea & alicubi toties non sine lectionis varietate proditam fuisse literis, velut primo apud *Grut.* MXLIX. 2. tum *Fleetwoodum*, p. 341: 2. *Honor. Bouche*, *Histor. Provinciae* Tom. I. L. IV. c. 2. p. 200. *Pagium* Crit. Bar. A. 517. 11. p. 184. Tom. IX. ed. *Luc.* & *Norisium* in *Epistol. Consulari* p. 461. Tom. XI. Thes. Ant. Rom. sive p. 150. ed. Bonon 1683. 4.

— 9. *Dominicus Georgius* ad *Annales Baronianos* A. C. 493. p. 533. Tom. VIII. ed. *Luc.* erutam esse ait A. 1725. et in versu 1. nullam agnoscit lacunam.

CDXV. 1. erutus lapis e veterrimo pavimento Metropolitanae aedis Ravennatensis A. 1734. teste *Dominico Georgio* ad *Pagii Crit. Baron.* 494. p. 564. *Tom.* VIII. ed. *Luc.* qui versu 1. exhibet siglas Q SD. i. e. Q*ui Sedit*, non D. S.

— 2. *Inscript. Christ. Basilicae D. Pauli* p. XV. n. 207.

— 4. alteram duntaxat partem, quae hic inversis literis redditur, ex *Schelstratii Antiquitat. Ecclesiastic.* Tom. I. commemoravit *Dominic. Georgius* ad *Pagii Crit. Baron* 496. p. 595. Tom. VIII. ed. *Luc.*

CDXVI. 1. *Antiquitat. Galliae*. Epist. XX.

XX. p. 100. XVII. Sed ante eum iam nota erat beneficio *Sponii*, in *Antiquit. vrbis Lugdun.* p. 66. et *Menetreii*, in *Historia Consulari vrbis Lugdun.* p. 204. it. *Fleetwoodi*, p. 495: 1. tituli hi non ad Avienum minorem, sed maiorem pertinent.

— 2. Si *Muratorius* Gudianum corpus non neglexisset, opportunitate Indicis Nominum, vbi *Amantia*, collati cum Consulari Indice, vbi p. LXVII. *Senator & Isidorus*, non modo integrius apud eum CCCLXV. 5. legi invenisset, sed etiam *verum par Consulum*, quod non aptum huic Anno 505. sed soli Anno 436. erat, eodem modo, vti *Hagenbachius* in *Diptycho Quiriniano*, p. 240. detexisset. Recte igitur hunc ipsum titulum e schedis *Blanchinii* emendatiorem infra MMI. 1. ad illum ipsum A. 436 accommodavit.

— 3. *Inscript. Christ. Basiliae S. Pauli.* V. p. 56. cur *Messala* h. l. *Flavii* non *Ennodii* praenomen offerat, ex *Hadriani Relandi* praefatione ad Petri Fastos opportune monuit *Hagenbuchius*, in *Epist. Epigr.* 321. et de *Diptycho Quiriniano* p. 239.

— 4. neque Annalium librum neque eorumdum auctorem vspiam nominatum inveni.

CDXVII. 1. *Antiquit. Gall.* Ep. XX. p. 99. Ingeniosissima est divinatio *Hagenbuchii*, in *Epist. Epigr.* p. 335. s. pro *Scupilione* vers. 11. coniicientis OPILIONE, an vera sit, dubito. Neque tamen defendere ausim *Eutharicum Boëthii* Collegam, quem *Pagius* ad hunc A. C. 510. n. 1. explosit. Saltem *vetus Consulum Romanorum Catalogus* apud *Ioh. Georg.* Ec-

Eccardum in *Corpore Histor. Medii aevi*, Lipsiae, 1723. Tom. I. p. 48. exhibet duntaxat *Böetio*, quasi solus sine Collega fuerit.

— 2. *Antiquitat. Gall.* Ep. XX. p. 98. qui prudenter sane duplicem Annum sic notavit: A. 428. aut 511. vbicunque enim in titulis lapidum vetustis solus apparet *Fl. Felix*, ibi anceps et dubius est index, vtrius Consulis, *Tauri*, A. Dom. 428. an *Secundini*, A. Dom. 511. Collega fuerit vt exemplis demonstravi ad *Reinesii Eponymologicum* voc. Felix n. 171. & 441.

— 3. Non meminit apud *Donium* XX. 102. reperiri. Vnde repetiit *Donatus* in *Supplemento* p. 192: 5. addito tamen alio exemplo, vbi non *Geniatus*, sed *Gemmatulus* legitur.

— 4. Iure *Hagenbuchius* in *Epist. Epigr.* p. 310. dubitavit, an *Sirmondus* vnquam ediderit. Nusquam certe in *Sirmondianis* extat. Verum primus in lucem protraxit *Mabillonius Annal. Benedictin.* L. XXXVII. p. 188. Tom. III. ed. *Lucens.* 1739. & secundum eum *Ans. Bandurius*, in *Imperio Orientali.* Tom. II. *Commentar.* ad *Antiquit. CPolitan.* L. I. ad p. 492. vt video quoque ab *Hagenbuchio* itidem adnotatum p. 301. Cf. *Diptychon* meum *Magni Consulis*, p. 13. 14.

— 5. legatur omnino ap. *Donium*, XX. 97. vbi omissum in *Christianorum* Indice nomen *Coni*. Male autem effictum nomen est AELONVS ex vltima Syllabae AE vocis MEMORIAE et litera prima *Coni*, in L. conversa, natum.

— 6.

— 6. *Inscription. Christian. Basilicae S. Pauli*, p. XXXII. n. 435.

CDXVIII. 1. *Inscript. Christ.* p. XIII. n. 182. leg. forte antegressum nomen in VS desinens DE VIA ARCADIA.

— intra n. 2. et 3. Quae hic animadverti possent ad consulatum Fl. *Anastasii Aug.* IV. & *Fl. Agapiti* haec adscripsi ad *Reinesii Eponymologicum* voc. ANASTASIVS, n. 10. In nonnullis certe Fastis antiquis chartaceis, non aliud nomen consulis apparet nisi *Agapiti*, tanquam in *Veteri Consulum Romanorum Catalogo* apud *Eccardum*, loc. laud. vbi solum nomen: *Agapito*. Hinc ratio reddi potest, cur proximus Annus *Magno*, consule orientis, notatus. A. C. 518 in lapidibus literatis praeferat subinde formulam *Post Consulatum Agapiti*, tamquam in hoc *Margariniano*, *Inscript antiqu. Basilicae S. Pauli* p. XXV. n. 355. vti etiam in *Catalogo Eccardiano*, loco antea laud. *P. C. Agapiti*. De ipso vero *Magno* huius Anni c. 518. Consule solo non repetam, quae me scribere memini ad *Diptychon Magni Consulis*, quod etiam non intactum reliquit *Donatus*. in *Supplem.* p. 206.

— 4. aptius sane titulus supra CDXII. 4. datus huic anno Ch. 519. cum *Eutharicus* procederet *Consul*, convenisset. Quis vero ille *Iohannes Columbus*, gener *Ioh. Shefferi*, an alius fuerit, & quo in libro huius monumenti meminerit, plane nesciissem, nisi casu incidissem in *Relandi Fastos*, p. 708. vbi sic scribit: „ *Vti videre est in Iohannis Columbi* „ *Opusculis variis editis Lugduni* 1668. *quibus*

„ *insunt Libri III. de rebus gestis Vasionensium* „ *Episcoporum. Illic inscriptio legitur marmo*- „ *ris in Basilica, quondam Cathedrali effossi* „ *e parietinis.*" Fortassis *Muratorius* non ex ipsis Columbi opusculis, quae rarissima esse videntur, sed *Relandi* illo Fastorum loco titulum renovavit. Per Siglam PER vers. 4. nescio, an intelligi possit *Presbyter*.

— 5. *Inscript. Basilic. S. Pauli* p. XXV. n. 359. ibi vers. 4. non RVSTICO legitur sed RVSTICIO, eodem modo vti in subsequenti 6. quae eiusdem est *Margarinii* p. VIII. n. 99. qui tamen vers. 1. non dedit PATVRNVS sed PATRVNVS. forte pro PATRONVS quod cognomen esse potest vti mox n. 9. PARVVLVS.

— 7. v. *Margarinium* in iisdem *Inscript. Basilic. S. Pauli*, p. XIII. n. 179. vbi duobus duntaxat versibus absolvitur, sed pluribus apud *Reinesium*, XX. 168. ex *Aringhio*, et *Sirmundo*, & *Fleetwoodum* 476: 8. Siglis V. S. PRRAEF. ANN. denotatur *Vir Spectabilis Praefectus Annonae*, vt video iam adnotasse *Hagenbuchium Epist. Epigr.* p. 338.—340.

— 8. ibidem p. XXXV. 467.

— 9. quomodo ex schedis? cum *Gorius* iam in *Donianis* ediderit XX. 20. quod *Hagenbuchius* videtur nescìisse in *Epist. Epigr.* p. 341. quantumvis recte animadverterit, pleniorem accuratioremque legi ap. *Reines.* XX. 860. eumdem quoque repetiit *Fleetwoodus*, p. 445: 7.

DXIX. 1. *Antiquit. Galliae* Epist. 20. p. 101. iam supra adfuerat in *Bimardi Epistolicis*

Dis-

Disſertationibus, p. 124. X. vt itidem obſervavit *Hagenbuchius*, in *Epiſt. Epigr.* p. 342. 343. ad quem locum addere liceat *Lancellotum* in Recueil d'Inſcriptions Antiques p. 235. Tom. VIII. *Hiſtoriae Academ. Inſcript. Pariſ.* eodem pacto, vti *Bimardus*, legisſe *NVMMERO.*

— 2. In pavimento Baſilicae A. 1734. detectam eſſe ſcribit *Dominic. Georgius* ad *Pagii Crit. Baron.* A. 523. I. p. 321. Tom. IX. ed. *Luc.* qui ſimul recte verſ. 5. SE.... explet *Secunda*, additque, *a Kal. Septembribus inchoata.* Cf. *Hagenbuch. Epiſt. Epigr.* p. 337.

— 3. Ita mihi ſupplendus eſſe videtur titulus: *requieſcit* IN PA*ce* FELICIANVS ...*depoſi*TVS SVB DIE. Longe aliud vero hic nomen edit CITIENIA AFELICIA *Dominic. Georgius* ad *Pagii Crit. Baron.* A. 523. I. p. 321. Tom. IX. ed *Luc.*

— 4. *Antiqu. Gall.* Epiſt. 20. p. 98. qui dubius de legitimo, cui apponendus erat hic titulus, Conſulatus *Opilionis* anno, vtrumque & A. 453. § A. 524. indicavit. Si perinde esſet, quoquo anno collocari velis lapides literatos, hunc certe, vtrique aptum, cum Anno 453. mallem permutari, quam ſuperiori, ad A. 453. relato, notam Anno 524. ob Indictionem ſecundam adimere, vid. omnino *Hagenbuch. Epiſt. Epigr.* p. 337.

— 5. non repetam ea, quae iam huius *Compendienſis Diptychi* cauſa obſervare me memini ad *Diptychon Magni Conſulis* p. 8. 9. id ſolum ſilentio praeterire non posſum, eius-

 dem

dem picturam extare apud *Donatum*, in Supplemento 201 : 3.

— 6. Aliquamdiu, e quonam *Puricellio*, *Placidine*, cuius sunt *Memorie antiche di Milano. Milano* 1650. 4. an *Ioannis Petri* fonte manaverit haec Epigraphe, haesi, donec eam reperirem in *Ioann. Petri Puricellii Ambrosianae Mediolani Basilicae ac Monasterii Monumentorum Singulari Descriptione*, p. 155. Tom. IV. *Thesauri Italiae*, vbi vir olim doctus ex scheda quadam depromtam vulgaribus literis prodidit.

CDXX. 1. *Don.* XX. 107. An nudo hoc nomine *Olibrio* significetur *Fl. Anicius Olybrius Iunior*, aliis me acutioribus indicandum relinquo.

— 3. *Don.* XX. 85. item antea ap. *Gudium.* CCCLXXII. 6. verf. 1. Siglae NVM. VIR. V. posfuntne converti in NVMERIVS? vti est *Laurentius Numerius* Diaconus infra apud *Murat.* MDCCCXCIX. 8.

— 5. *Don.* XX. 76. vbi tamen ASCASIVS.

— 6. *Don.* XX. 4.

CDXXI. 1. Hoc sane Epitaphium dudum debueramus *Baronio* Annal. Eccles. A. 585. XV. p. 418. Tom. X. ed. *Lucens.*

— 2. *Inscript. Basilicae S. Pauli.* p. VI. n. 65.

CDXXII. 1. ibid. p. V. n. 58.

— 2. ibidem. p. XXI. p. 287.

— 3. *Veronae illustratae* Part. I. p. 366. n. LXII. non satis bene reddita est forma numeri senarii, quae de graecorum, vt videtur,

ϛ. sumta literam latinorum capitalem *G* imitatur, de cuius vi & potestate plura *Masseius*, in *Istoria Diplomatica* p. 112. & 135 et ante eum *Fabrettus*, p. 540. 541. nonnihil quoque *Montefalco* in *Palaeographia* L. II. p. 128. disputarunt. Interim huius quoque tituli post *Gruterum* MLX. 7. meminerunt *Fleetwoodus*. p. 499. 3. & *Dominic. Georgius* ad *Pagii Critic. Bron.* A. 531. I. p. 429. Tom. IX. ed. *Luc.*

— 4. *Inscript. Basilicae S. Pauli* p. XXXI. n. 411.

— 5. Don. XX. 72. plenior ap. *Gud.* CCCLXXI. 4.

— 6. Apud *Donium* iam legi animadverteram in *Periculo.* Addere debeo eumdem dudum a *Fabretto* X. 631. occupatum fuisse, quod *Gorium* non latuit ad *Donii.* l. l.

CDXXIII. 1. *Antiquit. Galliae.* Epist. XX. p. 101. vbi versu 7. IVGETER, Cur *Muratorius* hunc lapidem assignaverit consulatui *Paulini*, Collegae Iustiniani IV. Consulis A. Dom. 514. non vero alteri *Paulino Iohannis Scythae* Collegae, A. Dom. 498. vt opinabatur *Masseius*, vtinam verbulo indicasset.

— 2. eumdem repetiit *Donatus* in *Supplem.* p. 202: 3.

— 3. *Memorie Istoriche dell' antico Tuscoli, oggi Frascati*, in *Roma*, 1711. 4. p. 92.

— 4. ibidem p. 93.

— 6. *Inscript. Christ. Basilic. S. Pauli*, p. XXII. n. 303.

CDXXIV. 2. Dudum quidem pleniorem reddiderunt *Reines.* XX. 287. & *Fleetwood.*

385 : 1. ipseque *Muratorius*, ex *Bosio* III. *Rom. Subterr.* c. IV. in *Antiquit. Ital. Med. Aevi*, Tom. V. *Dissert.* LVIII. p. 47. sed rectius tamen propter formulam *Iterum post* CON *Paulini* Anno potius Domini 536. quam *Reinesius* & *Fleetwood.* A. 499. titulum alligavit.

— 3. *Antiquit. Gall.* Epist. XX. p. 106. XX. supra quoque iam a *Bimardo*, in *Epistola* ad *Maffeium*, p. 125. n. XI. descripta erat.

— 4. Eumdem iam e *Gudianis*, tum anecdotis, dederat *Relandus* in *Fastis*, p. 715. mox in *Gudianis* prodire iussit *Hesselius*, CCCLXIX. 2. vbi itidem legitur H. F. h. e. *Honesta Femina*. Sed infra *Muratorius* suae ipsius editionis immemor MMIII. e schedis *Blanchinii* SP. F. exhibet h. e. *Spectabilis Femina*. v. *Hagenbuch. Epist. Epigr.* p. 340. 341. *Orientale* non interpretor de *Iohannis* cognomine, sed de tractu terrarum Orientis.

— 6. Extitit iam in *Antiquitatibus Italiae Med. Aevi*, LXVI. Tom. V. p. 572.

— 7. *Palaeograph. Graeca*, L. II. c. 7. p. 173. & 174. n. 1. vnde iam exemplum suum sumserat *Relandus* in *Fastis*, p. 716. non eadem tamen seu literarum seu versuum fidelitate, quali conspicitur cum ap. *Montefalconem* l. l. tum apud *Turnefortium* in *Itinere Orientali*, Tom. I. Epist. 2. p. 75. edit. *Lugdunensis* 1727. 8. quae genuina est *Itineris* illius editio. Interim nostra interest cognoscere, quae viri egregii *Hagenbuchius* in *Epistol. Epigraph.* p. 57. & 215. et *Bouhierius*, ibid. p. 110. 111. ad h. l. obseruarunt, quo-

quorum sane coniecturam de Indictione secunda probo, quod in ipso lapide non, vt *Muratorius* fingit, plene scriptum erat INΔΟΥCΤΡΙΟΥ, sed INΔ. B. facilis autem oculorum error esse poterat in literis capitalibus Λ & Δ. Quam caute etiam titulorum interpretes vel literas nectere, vel seiungere debeant, exemplo nominis illius Proconsulis apparet. In *Turnefortis* exemplari talis est literarum iunctura ΚΑΠΙΛΙΟΥ ΤΟΥ ΠΕΡΙΒΛ· ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ. inde *Montefalco* reddidit: και Α. Πιλιυ τῦ περιβλεπτῦ Ανθυπάτυ *et A. Pilio illustri Proconsule*, *Relandus* contra: *Capitio viro spectabili Proconsuli*, tandem *Muratorius*: *et Apilio Conspicuo Proconsule* eamque veram nominis editionem suam esse opinatur, quoniam in Indice graeco Απιλιος Ανθύπατος exhibet. Scire velim, quodnam de tribus *A. Pilius*, *Capitius*, vel *Apilius* minime fallax sit nomen. Si mihi optio dari possit, vindicias secundum *Montefalconem* dederim.

CDXXV. 1. *Inscript. Christ. Basilicae Pauli*, p. XXX. n. 403. supplendum forte *Electianus*.

— 2. *Antiquit. Gall.* Epist. XX. p. 161. XXII. qui suam ibi de *Opilione* coniecturam postea in *Museo Veronensi*, p. CDXVI. repudiavit. Cf. *Hagenbuch. Epist. Epigr.* 336. Sincerior huius marmoris typus est in *Memoriis Trevoltinis*, vbi *Inscriptions sepulcrales decouvertes a Lyon*, A. 1731. *Mens. Septembri* Art. 96. p. 1616.

— 3. Antea iam lucem viderat in *Maffei Verona illustrata*, Part. I. p. 366.

— 4. *Antiqu. Gall.* Epist. XX. p. 101. XXI. Eamdem quoque dedit vir doctus in *Memoriis Trevoltinis* cum obfervationibus loco antea laudato, p. 1619.

CDXXV. 5. *Obfervat, in Coemeteria Martyrum*, L. I. c. 19. p. 86. n. 28. quoniam hic diferte legitur; *TER P. C. Fl. Bafili*, haec lapidis Epigraphe aptius convenisset A. 544. quam A. 542.

— 6. Proprie non tam ex *Goldafto* fumi poterat Epitaphium, quam ex *Bartholomaei Schobingeri*, qui apud *Reinefium* male *Sclobing.* pingitur, *Additionibus* ad *Ioachimi Vadiani Farraginem Antiquitatum Alemannicarum*, quae extant in *Melchior. Goldafti Scriptoribus Rerum Alemannicarum*, Hanoviae 1661. fol. Tom. III. vnde dudum id excerpferat *Reinefius*, XX. 428. e Reinefio *Fleetwoodus*, 515: 2. & ex *Fleetwoodo* eius claufulam *Relandus*, p. 718. Pessime vero hic versu 11. intrusa est IND. V. loco IND. XI. quae in Annum *poft Confulatum Bafilii Septimum* adeoque A. Dom. 548. non in Annum *poft Confulatum Bafilii* I. five A. Dom. 542. cadere poteft.

CDXXVI. 1. *Antiqu. Gall.* Epist. XX. p. 101. XXIII. Idem quoque lapis defcriptus eft non fine quodam literarum & verfuum difcrimine a *Lancelloto*, in *Recueil d'Infcriptions antiques*, p. 235. Tom. VII. *Hiftor. Academiae Infcript.* et fupra a *Bimardo* in *Differt. Epiftol.* p. 126. n. XII. de ambigua collocatione numeri quaternarii poft Confulatum *Bafilii* v. *Hagenbuch. Epift. Epigr.* p. 344.

— 2. fine dubio ex eius *Libro Pontificali*, f.

Vi-

Vitis Pontificum Ravennatensium, *Rerum Italicarum Scriptorum*, Tom. II. ex *Historia* vero *Ravennate Hieronymi Rubei*, L. III. p. 151. T. VII. P. I. *Thes. Ital.* huic titulo lux accendi poteſt. Ait autem: *Iisdem diebus Bacauda*, *qui et Baucada ſcribitur*, *Iuliani Argentarii gener*, *ſocero opem ferente*, *ob conſequuta*, *vt in vetuſtisſima templi inſcriptione legitur*, *beneficia*, *in regione Ravennatis vrbis*, *cui regioni Aphriciſcae cognomen tum eſt*, *D. Michaeli Archangelo*, *templum*, *quod adhuc ſupereſt*, *aedificavit dedicavitque anno poſt Conſulatum Baſilii Iunioris quarto*, *Indictione octava*, *qui fuit a partu Virginis quadrageſimus quintus ſupra quingenteſimum*, rel. totus igitur titulus ſpectat ad aedificationem aedis S. Vitalis, de quo mox huius folii, n. 5.

— CDXXVI. 3. hoc tituli Fragmentum pluribus illuſtravit cel. *Muratorius* in *Antiquitat. Italiae Med. Aevi Disſert.* LVIII. p. 47. 48. Tom. V.

— 5. Ea tituli ſpecie nusquam extat apud *Hieronymum Rubeum* ſed vulgari ſcripturae modo *Hiſtoriarum Ravennatum*, L. III. p. 154. Tom. VII. Part. I. *Theſ. Ital.* Rem tamen et aedem D. Vitalis a *Iuliano Argentario*, *Bacaudae* ſocero, (quorum vtriusque ſuperior Epigraphe n. 3. meminit) magnifice exſtructam laudavit ibidem p. 15.

— 6. *Antiqu. Gall.* Epiſt. XX. p. 101. XXIV. Longe fidelius vero deſcripta eſſe videtur iam ſupra a *Joſ. Bimardo Epiſtol.* p. 127. XIII. vbi TEOPTERCVNDE.

— 7. *Don.* XX. 27. vti *Gorius*, ſic noſter

ignoravit, dudum iam in *Fabretti* corpore locum invenisse, X. 633. Siglae B. M. Q. V. hanc offerunt sententiam, *Bonae Memoriae Qui Vixit*.

CDXXVII. 1. 2. Quis ille sit *Faber*, ex cuius fonte duo hi tituli manarunt, nemo sine praenominis et libri indicio divinare possit, nisi casu ex *Dominici Georgii* adnotatione ad *Pagii Critic. Baron.* 579 1. p. 344. Tom. X. eum *Hieronymi Fabri Sacris Monumentis Ravennatensibus* simili in caussa vsum esse cognovissem. Interim id scio, numerum 2. vulgari scriptura legi apud *Hieronym. Rubeum Historiarum Ravennatum*, L. III. p. 158. *Thes. Ital.* Tom. VII. Part. I.

— 4. *Antiquit. Gall.* Epist. 20. p. 102. XXV.

— 5. *Vghelli* in *Italia Sacra*, Tom. VI. p. 253. paulo aliter refert, et a fine corruptiorem sic exhibet:

DEP. (ositio) SANCTI MARTYRIS
REPARATI DIACONI
AN. DXIII. KAL. NOVEMB. XII. IN.
PACE. RAS. NINI.

CDXXVIII. 1. *Christianar. Inscript. in Basilica S. Pauli*, P. XIV. p. 197. Supplementa *Margarinii* in ipsam Epigraphen intrusit.

— 2. *Don.* XX. 62.

— 3. ex eodem iam *Celso Cittadino* dudum retulit *Reines.* XX. 339. et secundum eum *Fleetwoodus*, p. 433 : 6.

— 4.

— 4. *Obſervation.* ad *Coemeteria*, L. I. c. XIX. p. 86. n. 26. qui aliter diſtinxit, addiditque DIVLIALI nomini praenomen Q. cognomen vero ARCARI accipio de officii ſignificatione.

CDXXIX. 1. Dudum legebatur ap. *Grut.* MCLXI. 8. *Fabrett.* III. 310. *Fleetwood.* 376 : 1. & 381. 382. longe tamen fideliorem cippi imaginem & titulum pete ex ipſo *Boldetto Obſervat.* L. II. c. 3. p. 353.

— 3. eiusdem tituli meminit noſter in *Antiquitatibus Italiae Med. Aevi*, Tom. V. Disſertat. LXVI. p. 495. & *Donatus* in *Supplem.* CCIII. 5.

CDXXX. 1. v. *Tabulas Antiquas Siciliae*, p. 661. n. 330. Tom. VI. *Theſ. Sic.* ex quo eumdem dudum deſcripſerat *Fabrett.* IV. 449.

— 2. obſcurisſime ſic indicatur tituli fons, quem ſemel iterumque indagando tandem reperi in *Philipi a Turre* libro de Annis imperii *M. Aurelii Antonini Elagabati*, c. VIII. *de duobus Conſulatibus Iuſtini*, p. 160. vnde ſtatim initio vitioſe deſcriptus VIB. pro VIR. eumdem quoque protulit lapidem *Vghellus* in *Italia Sacra*, & quidem in *Capuanis Epiſcopis*, Tom. VI. p. 308.

— 3. *Donatus* eidem lapidi locum fecit in *Supplemento*, p. 203 : 6.

— 4. verſ. 7. corrupta vox CONSI LIAT. legendum CONSVLATus.

— 5. in S. Zachariae aede repertam e ſchedis ſuis quoque vulgavit idem *Muratorius* in *Antiquitatibus Italiae Medii Aevi* Disſertat. Tom. I. p. 883. 884. nec non ex *Hieronymi* *Fa-*

Fabri Sacris Monumentis Ravennatensibus. Dominicus Georgius ad *Pagii Crit. Baron.* 579. I. p. 344. Tom. X. ed. *Luc.* & *Donatus* in *Supplemento*, p. 204 : 1.

CDXXXI. 1. *Annal. Ecclesiast.* 715. V. p. 260. Tom. XII. ed. *Luc.* vbi longe plenior, eodemque modo describitur vti apud *Reines.* XX. 267. *Fleetwoodum*, p. 372:373. 1. *Fabrettum*, X. 460. & *Vghellum* in *Italiae Sacrae*, Tom. VI. p. 52. neque Epigramma in eodem lapide lectum ab hoc titulo divellere debuisset, quod postliminii velut iure infra rursus cum eo coalescere iussit noster, MDCCCXLVIII. 2.

— 2. in iisdem *Annal. Eccles.* ad A. D. 587. XLI. p. 448. Tom. X. idem Epitaphium dederat *Gudius*, CCCLXVI. 5. sed quatuor prioribus versibus destitutum, vti etiam *Pagius* in *Crit. Baron.* ad A. 587. XII.

CDXXXII. 1. *Antiquitat. Galliae* Epist. XX. p. 102. XXVI. Antea quidem iam auctore *Sponio* in *Antiquit. Lugd.* c. III. p. 48. evulgata, et ex eo a *Mabillonio* in *Supplemento Rei Diplomat. Paris.* 1704. p. 15. renovata est, sed *Maffeius* tamen eam *parum diligenter*, a *Sponio* relatam esse, se contra *ad amussim excepisse* ait, ibid. p. 105. quod idem dictum repetit in *Museo Veronensi*, CCCCXVI. Ad vtram partem verum inclinet, nescio. Forte aberratio in quibusdam literarum elementis commissa est: difficultas *Indictionis quartae* vtrobique manet, quam mera suspicione omissi a marmorario numeri X. tollere conatus est *Maffeius*.

— 2.

— 2. *Annal. Eccles.* A. 618. VIII. p. 171. Tom. XI. ed. *Luc.* sed longe maiori solertia ex archetypo descripta est ab *Ant. Maria Lupi* ad *S. Severae Martyris Epitaphium* p. 25. Cf. *Dominic. Georgius* ad *Pagii Crit. Baron.* 618. XIII. p. 172. Tom. XI. ed. *Lucens.*

CDXXXIII. 1. *Marmor. Felsin.* Sect. V. c. 25. p. 368. Vereor ne nimis βιαιον sit supplementum *Hagenbuchii* in *Epist. Epigr.* p. 371. versu 4. APROΔIO *vel* APROnio VIBio sc. consulibus extricantis. potuitne hic gladiator populo esse spectaculo in municipio sub magistratu quodam ARRIO VIRo. *Clarissimo?* In Indice sub *Asper Statii (Servus)* corrigendus est numerus CDX.

— 2. *Gorii Inscript. Etrusc.* Tom. I. p. 75. CCXIII.

— 3. *Observat. ad Coemeter.* L. II. c. XVIII. p. 574. non accuratissime descripta.

— 4. adeone obliviosus fuit *Muratorius*, vt nesciret, supra iam CCCXXXV. 1. e *Maffeia* pleniorem fuisse relatum, ad quem locum vide quae animadverti.

— commixta haud dubie Inscriptio cum alia Q. Pomponii Q. F. non SAB. sed FABia Severi, apud *Grut.* DCCCLXXXV. 3. & CMXXXIX. 2.

— 8. corruptam e Ligorio dedit, quam ex *Apiani* iam *Inscriptionibus* CCXXXVI. 2. et *Gruter.* LXIX. 8. emendatam habueramus, leg. enim A. ΜΙΝΙΚΙΟΣ non ΑΣΙΝΚΙΟΣ.

CDXXXIV. 1. *Don.* XV. 46. neque deest apud *Gud.* CXVI. 5.

— 2.

— 2. quam antea e schedis *Farnesiis* versu 3. & 4. emendatiorem dederat CCCLXIII. 2. eam nunc e *Donio* I. 133. mendosiorem reddidit, quod mirandum.

— 3. *Vet. Latio Profano* Tom. IV. L. VI. c. 6. p. 71. eumdemque habuit *Gud.* CXXXVII. 3.

— 4. *Vet. Lat. Profan.* Tom. V. L. VIII. c. 2. p. 27. vbi vers. 5. scriptum est HONORI SI et vers. 6. insertum PROVINCIAE quod hic negligenter omissum.

— 5. Ex *Alphonsi* quippe *Cagnacini Fragmento Antiquario vrbis Ferrariae* p. 14. Tom. VII. *Thes. Ital.* Part. I. vbi tamen vitio operarum Lugdunensium MARIATO pro MARITO.

— 6. *Histor. Genealog. dom. reg. Sabaudiae* Tom. I. p. 53. *Guichenonius* vicissim *Muratorium* incuriae accusare possit, quoniam versu 5. non PVBLICE exhibuit sed PATRONO.

— 7. de *Vecchiazzani* fama difficilis est iudicatio, certior de *Vrsato*, qui in *Monumentis Patavinis* L. I. Sect. IV. p. 152. versu. 2. habet LABEO adeoque itidem LABE in exemplo *Gruteri* CCCCXXVII. 10. e Scardeonio dudum antecapto recte *Reinesius* in *Eponymologico* MSC. suspicatur legendum esse, *Popilius Labeo pater Cn. Popilii Poeti.*

CDXXXV. 1. Eius quoque meminit *Dominic. Gregorius* ad *Pagii Crit. Baron.* A. 174 p. 285. T. II. ed. Luc.

— *Marm. Felsin.* Sect. V. c. XIX. p. 345. forte est OPVLENTIVS.

CDXXXVI.

CDXXXVI. 1. Dudum iam ex *Sirmondo* protulerat *Reinesius* XX. 336. & ex eo *Fleetwood.* 429: 1.

— 2. De huius tituli fide propter nominum ALIS et LIBVS insolentiam valde dubito.

— 3. Nolo hic repetere quae antea in *Diptycho Magni Consulis* p. 16. ad *Ricardianum* animadvertere me memini, Id vnicum addere liceat, nomen *Paterni* in *Indicis Classe V.* male sic exhiberi *Paternus Consul ordinarius*, cum sit PATricius COS. ORD.

CDXXXVII. 1. *Antiquit. Gall. Epist.* XX. p. 96. Cf. *Buhierius* in *Hagenbuchii Epist. Epigr.* p. 12.

CDXXXVIII. 3. per *edita cura Cardinalis Polignaci* intelligi debent *Tabulae Ghezzio — Rossianae*, XV. 11. hanc vero reverti iubens infra CMXVIII. 1. cum alia conglutinavit.

— 4. *Don. Append.* 17. sed non vno modo corruptum marmor. *Panvinii* aetate integrius extabat, teste exemplo *Gruteriano* MLXXXII. 2. id iam notaveram, cum *Hagenbuchium* V. C. similia animadvertentem nec a *Grutero* semel sed DCCCXCVII. 9. quoque (tametsi imperfectius) prolatum esse docentem viderem in *Epist. Epigraphi.* p. 371. 372.

— 5. *Don.* II. 162.

— 7. *Inscript. Christian. Basilicae Pauli* p. XV. n. 211. lacunas non fideliter assecutus est, Legitur enim versu 2. diserte DEPOSITO.

— 8. ibidem p. XXII. n. 307.

— 9.

— 9. ibidem p. XXIII. n. 331.

CDXXXVIII. 1. ibidem, p. XV. n. 212.

— 2. ibidem p. XXXII. n. 430. vbi *Sabinilius* non *Sabinillus*.

— 3. ibidem p. XXVII. n. 378.

— 4 ibidem p. XIX. n. 254. an *concu*PISCENTIA. nonenim ibi eſt ESCENTIA.

— 5. ibidem p. XXIV. n. 344. quocum titulo functus eſt infra circulus cruciger, inſcriptis nominibus... NARIVS ET LEONTIVS. et in cruce DOCILIA MIN... DEPOSITA IN PACE quem orbiculum alliorſum negligenter traxit & quidem ad proximum.

— 6. qui eſt ibidem p. VI. n. 60.

— 7. qui eſt ibidem p. XIX. n. 255.

CDXXXVIII. 8. plane incognitum nomen RISCHNO niſi forte a principio mutilum.

CDXXXIX. 1. Rationem comminiſci non poſſum, cur inſigne hoc mancipationis monumentum, ſupra CCCXXXVII. 5. relatum, denuo referendum eſſe cenſuerit.

CDXLI. 1. Opem *Comi* ſupervacaneam reddidit *Io Antonii Summontii* Annalium Neapolitanorum diligentia, qua vſus eſt *Sponius*, VIII. *Miſcellan.* p. 265: 1.

— 2. quales, aut cuiuſnam ſint illae ſchedae hominis, quas laudat Muratorius, ipſene deſcripſerit, an ab alio acceperit neſcio. Poſt *Gruterum* certe LXXXIV. 6. vbi vno lapide tres diverſi commemorantur *tituli*, & CLXVI. 5. *Sponius* in *Itiner.* Tom. I. p. m, 364. praeter duo alios vtrinque iſtic copulatos medium ſigillatim recenſuit, verſu novisſi-

ſimo exempli Muratoriani, qui perperam adſutus eſt in typis *Ioh. Lucii* (*Inſcriptionum Dalmaticarum* p. 3. 4. Tom. XIV. *Theſ. Siculi*, *Gruteri*, *Sponii*, *Anſelmi Bandurii*, in Animadverſionibus *ad Conſtantini Porphyrogenetae de admirandis Operibus* p. 86. Tom. II. *Imper. orientis*, *Io. Brevalii*, *Remarks on Several Parts of Europe*, Tom. II. p. 121. qui Veronae iam in Muſeo Veronenſi viderat & deſcripſerat, ipſiusque *Maffeii*, in *Muſeo Veronenſi* XCV. 1. vt par eſt, omiſſo. Qui vero in huius lapidis margine inferiori leguntur verſus apud *Lucium*, *Sponium*, *Bandurium* ll. ll.

Urbe hac Prefectus Sanuta ex prole Marinus ſic
Me ſtruxit tandem Veneto dominante (dominante) *Senatu.*

hi ne monitore quidem indigent, ſe recentioris fabricae eſſe.

— 8. Siglas IVL. TEP. MAR. reſpicere ad Aquas, ſive ductus aquae *Iuliae Tepulae* & *Marciae* extra controverſiam eſt, & cultisſima *Fabretti* de *Aquis* & *Aquaeductibus* Diſſertatio p. m. 112. ſequ. perſuadet. Cum vero is ipſe Ligorii obtrectator dubitet, an eiuſmodi aliquam, qualem ex Ligorio hic decerpſit Muratorius, ipſe fortasſis viderit, propterea ſilentio praeterierit, ex quo ſchedarum Ligorianarum fonte haec tituli formula, hauſta fuerit, Vaticano, Taurinenſi, an alio, non inutile futurum fuisſet indicare, praeſertim cum

numerus iugerum LIV. plane discrepet a XXV. *Grut.* MXIX. 10. & *Fabretti* IX. 506. sequ. item a *Doniani* duplicis exempli II. 90. 91. ex *schedis Bibliothecae Vaticanae* desumti numeris XXV. et XXX. Aliud simile exemplum habuit ex *Ligorii MSC. Spon.* II. *Miscell.* p. 32. quod *Fabrettus* l. ante l. acerbe notavit, nec minus doctiss. *Bimardus in animadversionibus* MSC. ad *Sponium*, nesciens tamen, iam a *Fabretto* falsi esse accusatam. Sic autem scribit: „ *Supposititia Inscriptio. Nam Augustus Tribunitiam Potestatem XIX. iniit A. V. C.* „ *750. cum iam Agrippa ab a. 742. obiisset praeterea Agrippa aedilitatem curulem gessit, & aquam Iuliam Tepulam vrbi intulit C. Caesare Octaviano, & Volcatio Tullo Coss. A. 721. ex Frontino de Aquaeductibus L. I. antequam Augustus eo nomine mactaretur, aut Tribunitiam potestatem accepisset, & Pontifex M. crearetur Cf. Dionem L. XLIX. circa finem, et Plinium XXXVI. H. N. 15.*

—— 4. *Memorie Bresciane* p. 122. 4. quam postea Epigraphen retulerunt *Fabrettus* X. 598. et *Maffeius* in *Verona illustrata* Part. I. p. 356. XXVII.

—— 5. antea iam vulgata fuit a viro docto in adnotationibus ad *Vghelli Italiam Sacram* Tom. VI. p. 582.

—— 6. Neque locus, ubi Cyriacus hunc titulum vidisse et descripsisse dicitur, neque titulus ipse bene se habet. Primum constat

I non

non super porta *Salaria*, sed supra hortum *Esquilinum*, sive in arcubus ductuum aquarum Marciae Tepulae Iuliae, cum duobus aliis M. Aurelii & Titi Vespasiani Imperatorum iunctim legi, tum versu 6. plane corruptus est. Pro CENS enim necessario leg. RIVOS vt clarissime demonstratum est a viro erudito ad *Piranesii Fastos Consulares* A. V. 749. neque aliter offerunt vetustiora *Mazochii* c. I. *de Portis*. l. Epigr. I. et XI: 3. opistogr. *Gruteri* CLXXVII. 1. et *Mutii Phoebonii Historiae Marsorum* L. II. c. VI. p. m. 62. Tom. IX. Part. IV. *Thes. Ital.* exempla, praeter *Apianum*, *Inscript.* CXCVII. 3. qui aut diversum aut corruptum recensens male prodidit FINES. Integrum hoc ipsum Aquae Iuliae & Marciae monumentum depinxit *Ioh. Baptista Piranesius* in *Tabulis Castelli Aquae Iuliae* (*Del Castello dell' Acqua Giulia*) *Romae* 1761. fol. atlant. Tab. V. et VIII.

CDXLII. 1. Non recordatus est, *Sponii* iam opera ex Schedis Barberinis in lucem prodiisse Sect. VIII. *Misc.* p. 265. 3.

— 2. *Antiquit. Gall. Select. Epist.* VII. p. 35.

— 3. Faganeae . apud Ecclesiam, vt dicitur, campestrem S. Leonardi. Versu 1. deleatur vox *Imp.* Est enim forte suppleta a *Marchio*, qua vacat exemplum *Ioh. Iosephi Liruti* in *Dissertatione de Aquileia.* v. *Miscellanee di Varie Operette*, Tom. III. p. 398. & a quo tamen typo versuumque serie

diſcrepat exemplum *Bertoli* in *Antiquitatibus Aquileienſ.* p. 436. n. 651.

— 4. quid opus erat rurſus idem *Sponii* exemplum e *Schedis Barberinis* depromtum VIII. *Miſc.* p. 265: 2. e Ligorio repetere ?

— 5. *Don.* II. 84.

— 6. *Don.* II. 92. cuius etiam meminit *Honorat Bouche*, *Hiſtor. Provinciae* Tom. I. L. III. c. 3. p. 129.

— 7. *Don.* II. 85. neque *Gorius* neque *Muratorius* ſcivit, dudum iam in *Gruterianis*, CLXXVI. 3. & *Fabrettinis*, IX. 512. item in *Ioh. Chifletii Aqua Vrigine* p. 22. apparuisſe, idoneamque lucem accepisſe, quamquam disſimili ſubinde pedum numero.

— 8. edita quidem fuerat a *Triſtano Calcho* in *Hiſtoria Mediolanenſi*, L. I. p. 106. Tom. II. Part. I. *Theſ. Ital.* ſed hic tamen, vt videtur, emendatius. pro illius enim T. et verſ. 3. poſt AVG. F. AVGVSTVS rectius TI. et iure omisſa vox AVGVSTVS.

— 9. *Critic. Baron.* ad A. C. XXI. n. 1. e Schedis *Thomaſini de Mazaugues* Senatoris Aquenſis.

CDXLIII. 2. 3. eaedem fortasſis ſunt, quae *Gruteri* CLIII. 3. & 6. vbi tamen in fine prioris addita ſunt Milliaria IIII. & in altero V.

— 5. *Antiquitat. Galliae* Epiſt. VII. p. 35.

— 6. quid Schedae eius proſunt ? cum lux

lux ei data ſit a *Pagio* in *Crit. Baron.* ad A. Dom. 31. IV. p. 117. Tom. I. ed. Luc. it. *Honorato Bouche* in *Hiſtoria Provinciae* T. I. L.IV. c. 2. p. 254. et Part. II. Sect. II. p. 470. vtrobique verſ. 5. deſunt ſiglae P. P. et ap. *Pagium* legitur ET. recte! eadem infra ſupervacaneo repetendi ſtudio prodiit MMVI. 4.

—— 7. In Via, qua itur ad *Guzél-Hiſſan* (i. e. Pulchrum Caſtrum) inter *Epheſum* et *Scalam Novam* ex *Whelero Itiner. Dalmat. Graec. & Aſiat.* Tom. I. L. III. p. 251. quae ipſa quoque deſcripta eſt cum a *Sponio, Itiner.* Tom. I. p. m. 409. tum ab *Edmundo Chishullo* in Parte altera *Antiquitatum Aſiaticarum*, p. 11. XIII. quarum *rariſſimas Schedas* appellavit *Chandlerus*. Vti incertus apud Anglos auctor *Obſervationum in quasdam inſcriptiones* (v. *Miſcellan. Obſervationes* Vol. IV. Tom. III. p. 343.) *Whelerum* cum *Sponio* contendit, ſic mihi cum ſuperioribus *Muratorium* committere liceat. verſu 1. EPHESIAE et IMPERATORI plene *Chiſhull.* verſ. 2. EPHESINORVM *Spon.* EPHESINAE *Chiſh.* VOT. vti etiam in graecis ΟΥΟΤΟΥΡΙΑ conſtanter omnes *Whel. Spon. & Chiſh.* Explicat tamen *Sponius*, *Veturia*, *Muratorius* vero vtrobique titulo intruſit VET. & ΟΥΕΤΟΥΡΙΑ. *Vtrumque conſtare poteſt meo iudicio* ait auctor ille incertus obſervationum, velim vnico ſaltem exemplo iudicium ſuum approbasſet, tribum *Veturiam* etiam *Voturiam* dici. Scio quidem *Scaligeranum* indicem c. XII. non vnum exhibere

 ex-

exemplum tribus VOT. sed in nonnullis, tanquam CCCXVIII. 7. VOL. i. e. Voltinia, in CCCXCVI. 8. & CMX. 1. QVF. Oufentina, in aliis pariter VOL. vel VOLT. legendum esse mihi persuadeo. vers. 4. SVEIS *Whel. Spon. Chish.* vers. 8. in graecis ΤΩΝ ΕΦΕΣΙΩΝ Whel. Spon. ΤΩΙ ΕΦΕΣΙΩΝ *Chish.* vers. 9. ΟΦΕΛΛΙΑ *Whel. Spon.* ΟΦΕΛΛΙΑΙ *Chish.* vers. 10. ΟΦΙΛω ΠΡΟΚΤΑΩΙ. vitiose Whel. ΟΦΙΛΛΙΩΙ ΠΡΟΚΛΩΙ. *Spon.* ΟΦΕΛΛΙΩΙ ΠΡΟΚΛΩΙ. *Chish.* In Indice Graeco Nomina graeca Γαιος Σεξτιλιος Ποπλιου υἱὰς Ουφεντεινα Πολλιων. item, Οφιλλια Βασση, nec non; Γαιος Οφιλλιος Προκλος.

CDXLIV. 3. *Don.* II. 110.

— 4. quid, quaeso, opus erat, eiusmodi lapidis, quasi nunc demum effossi, titulum, toties antea a *Mazochio* (*Epigramm. antiquae vrbis* p. CIII: 10.) *Smetio*, *Inscriptionum antiquarum fol.* VIII. 4. *Grutero*, CXCVI. 4. (quod ipsum Muratorium non fugit) *Fabretto*, X. 445. *Bartholomaeo Marliano*, *Topographia vrbis Romae* L. I. c. 5. p. m. 66. *Thesauri Graeviani*, *Francisco Ficoronio*, (*La Bolla d'Oro* p. 68.) & aliis accuratius, servato quippe in verbis *Ampliavit Terminavitque* Digammate Aeolico, proditum typis renovare?

— 5. Saltem *Gruterianum* exemplum CLXXXVIII. 8. praestat imagine columnae milliaris.

— 6. rursus figura lapidis milliaris non indotatam reliquit *Gruterus* CLIII. 5. vrbique Lingonum adscripsit. vel sic tamen

An-

Anno demum 1703. mense Ianuario detecta esse dicitur non longe a vico, cui nomen *Sacqueney* apud Abbatiam *Bezae* in *Burgundia*. ad quem totum locum meretur legi *Mauturii* disputatio: *Colonne Milliaire avec une Inscription decouverte au mois de Ianvier* 1703. *à un quart de Lieu du Village de Sacqueney aux environs de l'Abbaye de Beze en Bourgogne, expliquée historiquement par M. Moreau de Mautour*. v. *Memoires de Trevoux* 1703. *mense Septembre* Art. 158. p. 1647. *Cf. Mahudel*, in *Historia Acad. Reg. Inscript*. Tom. IX. p. 138. qui sic legit: *Ti. Claudius Drusi filius Caesar Augustus Germanicus, Tiberii Nepos, Pontifex Maximus, Tribunit. Potestat. tantium, Imperator Sextum, Pater Patriae, Consul tertium, designatus quartum. Audomatuno millia passuum XXII.* Addatur ad h. l. *Fieretus, sur les Colonnes Itineraires de la France, ou les distances sont marquées par le mot Leugae*, in *Histor. Academ. Inscription*. p. 151. Tom. XIV. ed. Paris.

—— 7. forte ex *Veteribus Analectis Mabillonii* desumsit vbi *antiqua Collectio veterum Inscriptionum Romanarum* p. 359. n. 9. Sed meminisse rursus debuerat, toties antea a *Mazochio*, XI. 4. *Smetio*, IX. 3. *Apiano*, CXCV. 3. *Grutero* CLXXVI. 5. *Famiano Nardini*, *Romae*, L. IV. c. 8. & 201. aliis, ne quid dicam de *Ioh. Chiffletio* in *Aqua Virgine* p. 23. et *Ioh. Baptista Gaddio*, in *Roma Nobilitata*, p. 97. accuratius subinde promulgatam esse.

 CDXLV.

CDXLV. 1. *Antiquitat. Gall. Selectar.* Epist. VII. p. 35. In fine addidit numerum LXXXV. *Honorat. Bouche* in *Historia Provinciae* Tom. I. Part. II. p. 474.

— 2. *Don.* II. 72. vers. 4. pro Ἀνδροβαμωνας legere malim ΑΝΔΡΟΒΑΣΜΟΥΣ, hoc est στενὰς ὁδοὺς, semitas, sive itinera, viis opposita, quae publicae sunt, & ab omnibus tritae, vt ex Ictorum fragmentis abunde cognoscitur. In marmore *Atinensi* apud *Donium* II. 58. 59. & *Murator.* CCXCVI. 2. *Arruntius* legitur *vias et semitas* faciundas curasse.

— 3. *Don.* II. 86.

— 4. *Don.* II. 98.

— 5. *Don.* II. 93. iam nota erat *Sponio* VIII. p. 267. quod *Gorius* quoque ignorasse videtur, et tamen infra eidem frustra datus est locus MMVII. 3.

— 6. forte ex Libro, cui titulus: *Degli Annali della Città di Cagli, Libro I. ove si tratta de' progressi, & avenimenti di essa, e della sua demolitione, da Franc. Briechi Canonico della cathedrale*. in *Vrbino*, 1641. 4.

— 7. Ex eodem *Surita* iam elegantius descripsit *Gruterus* CLIV. 3.

CDXLVI. 1. *Wheleri Itinere Dalmatiae, Graeciae & Orientis* L. III. p. 220. it. *Spon. Itinere Tom.* I. p. 400. edit. Amstelaed. 1679. 12. et Equitis *Ricaut, Histoire de l'Etat present de l'Eglise Grecque ed. Medioburg.* 1692. 8. quam Muratorius negligenter descripsit. in Graecis enim vers. 2. plene ΣΕΒΑΣΤΟΣ *Whel. Spon. Ric.*

vers.

verf. 3. omisſus ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΜΕΓΙΣΤΟΣ *Spon. Whel. Ric.* item ΔΗμαρχικης pro ΔΕμαρχικης *ibid.* verf. 4. poſt Αυτοκρατωρ legitur Α. Τ. ΙΓ. Whel. ΤΟ ΙΓ *Spon.* & *Ric.* verf. 5. pro ΤΟ Ζ extat ΤΖϛ Whel. ΤΟ ΙΕ *Spon.* ΤΟ ϛ *Ric.* poſt verf. 5. omiſſa: ΑΠΟΔΕΔΕΜΕΝΟΣ Υ· Σ. vitioſe Whel. ΑΠΟΔΕΔΕΙΓΜΕΝΟΣ ΤΟ Ζ recte *Spon.* & *Ric.*

—— 2. *Don.* II. 87. ſed dudum memoria huius columnae in tabulis *Fabrettinis* cuſtodita erat, V. 363. quod *Gorium* fugit· prior pars iam cognita erat e *Corradini Veteri Latio Profano*, Tom. II. L. II. c. 20. p. 168. neque altera proximo ſtatim folio, CDXLVII, 4. a Muratorio inculcari rurſus debuerat.

—— 3. *Notitia Septem Aſiae Eccleſiar.* p. m. 41. ſed ante eum iam *Spon.* in *Itinere*, Tom. I. p. m. 415. ab initio mancam dederat Eques *Ricaut*, in *Hiſtoire de l'Eſtat preſent de l'Egliſe Grecque*, p. m. 57. *Perizonius* ad marginem *Sponii* ſui verſ. 2. ΤΟ Ζ, haec adnotavit: *quo anno Veſpanianus pater obijt*, et verſ. 5. an ΠΡΟΣΑΕΙΨΑΝΑ pro προσλειψαντα?

—— 4. operae vero pretium eſt, ad h. l. legere *Gorii* adnotationem ad *Donii*, I. 41.

CDXLVII. 2. *Gorius Inſcript. Florent.* Tom. II. p. 59. vbi non *Philiautus*, ſed PHILIATVS.

—— 3. *Don.* II. 99.

—— 4. modo ante iam prodiit, CDXLVI. 2. multoque magis inani opera, in MMVII. 6.

—— 6. operis *Danubiani*, Tom. II. P. II. Tab. XLVII. n. 2. ad p. 117. vnde apparebit, Muratorium nusquam ferme genuinos la-

pidum typos retinuisse, vti etiam hoc loco non ipsius tituli veram iconem, sed vtcunque restituti & illustrati a *Blanchinio* exemplum retulit.

— 7. *Corradini Veteri Latio Profano*, L. II. c. 13. p. 97.

CDXLVIII. 1. 2. *Vet. Lat. Prof.* L. II. c. 13. p. 98.

— 3. iterum, sed pleniorem descripsit infra, MMVII. 11.

— 4. *Vetet. Lat. Profan.* Tom. IV. L. VI. c. 5. p. 63. vers. 5. CONSTituit. quod verbum insolens esse videtur *Johanni de Vita* loco statim excitando.

— 6. ex eodem *Vulpii Latio Profano*, ibid. p. 64. vers. 5. CONSTR. CVRAVIT. quae itidem locutio insueta esse videtur *Iohanni de Vita*, propterea ambo hos titulos 4. & 6. dubiae fidei, si non commentitios habet in *Thesauro Antiquitatum Beneventanarum*, *Dissert.* VI. p. 179. Not. a.

— 7. *Cisternae*, quae oppidum est in agro Veliterno v. *Vulpii Vet. Lat. Profan.* Tom. IV. L. VI. c. 3. p. 63. n. I.

CDXLIX. 5. *Maffeium* sane in *Observationibus Literariis*, p. 184. n. 24. & ante eum *Raymundum Duellium*, in *Lucubrat. Epistol.* p. 27. editores laudare potuisset *Muratorius*. Contendatur *Gesnerus* ad *Plinii*, VI. Epist. 31. & solertissimus *Hagenbuchius*, loco ad n. 6. laudando.

— 6. *Don*, II. 59. vers. 4. illud I. haud dubie male effictum est ex prima litera vocis ITER. propterea *Hagenbuchius* in *Epistola ad* *Co-*

Comitem Lindenium in *Miscellan. Observat. Novis*, Tom. X. = XII. p. 357. iure legendum esse censuit COS. II. (vel servata voce ITERum) FECit.

— 7. *Don.* II. 88. vbi *Gorius* animadvertere neglexit, olim iam hanc columnae memoriam, nominibus Theodosii Arcadii & Honorii locupletiorem, opera *Gruteri*, MXIX. 8. in lucem prodiisse, & a *Fabretto* in opere de *Columna Traiani*, c. IX. p. 291. nonnihil emendatam fuisse. Verum supererat insigne mendum, vers. 9. in numero XVIIII. in cuius locum occupare iussit *Ioh. de Vita* in *Thesaur. Antiquit. Bonoviens.* Diss. VI. p. 179. VIAM. In *Muratorii* vero nostri exemplo vitiose legitur PECNIA RESTITVIT pro PECVNIA STRAVIT, vti etiamnunc in ipso monumento legi auctor locuples est, *Ioh. Meermannus*, *Gerardi* dignissimus patre filius, in *Notitia Borussicae*, *Austriacae* & *Siculae Monarchiae*, Part. III. p. 133.

CDL. 1. non repetam quae in *Periculo* iam animadverti, p. 64. sed haec duntaxat addere liceat, praeter *Smetium*, Fol. IIII. n. 1. huius Epigrammatis meminisse *Apianum*, in *Inscript. SS. Vetust.* IV. 2. et *Fleetwoodum*, p. 79: 1. descriptionemque huius pontis pleniorem dedisse *Montefalconem*, Tom. IV. *Supplement. Antiquitat. Explicat.* L. V. c. II. p. 91. = 94. H. *Leichius* vero in *Specimine Notarum & Emendationum ad Inscriptiones Muratorii*, (*Novorum Miscellaneor. Lipsiensium*, Vol. I. Part. III. p. 451.) negavit, hunc pontis titulum e *Cyriaci* schedis hauriri potuis-

tuisſe, quod *Ambroſius Moralis* et *Anton. Nebrisſenſis* centum annis Cyriaco iuniores primum eius meminerint, nec credibile ſit, *Cyriacum* vnquam ad Hiſpanos venisſe, ſed vereor ne vanus ſit Cyriaci accuſator. Eius enim fidei patronum non vnum accipiat velim, *I. P. Doruilium* in *Diatribe in Inſcriptiones quasdam*, p. 146. Tom. III. *Miſcellan. Obſervationum*, *Maffeium* in *Arte Critica Lapidaria*, L. III. c. 1. p. 56. et *Mehuſium* in Praefat. ad Cyriaci Anconitani Itinerarium, p. LXI. Titulus vero C. Iulii Laceris qui in fine huic Epigrammati adſutus eſt ap. Gruterum, l. l. & alios, non pertinet ad Pontem, ſed ad aliud ſepulcri monumentum.

— 2. aetate iam *Iac. Sirmondi* erutus erat lapis in agro Ricinenſi, vnde vir ille doctisſimus ſuo iam tempore ad *Sidonii Apollinaris Carmen*, II. verſ. 210. p. 1140. T. I. *Oper.* edidit, & ex eodem *Reineſius*, II. 7. cuius etiam vitulo arasſe videtur *Muratorius*, tametſi illorum verſus novisſimi lacunam e ſchedis *Camerinii* expleverit REPARARI MANDAVIT, quae tamen formula vereor vt tutae & antiquae fidei ſit. quoniam inſolens nec ſatis latina.

— 3. de *Thermis Herculanis*, p. m. 7. quo interprete *Praeruptas Montium Difficultates ſublatas* ſuſpicari malim, quam *Pontes Montibus Datos*.

— 4. Eamdem Epigraphen prope pontem Metaurum agri Foroſempronienſis iam olim lectam & deſcriptam a *Fabretto* fuisſe eius *Inſcriptiones*, V. 289. teſtantur.

CDLI.

CDLI. 1. *Don.* II. 82.

— 2. ibidem, 83.

— 3. ex *Famiani Nardini Roma anticà*, p. 20. sed longe meliori lucucentiorique typo iam descriptus erat lapis a *Smetio*, VIII. 5. et *Grutero*, CXCVIII. 1.

— 5. dudum in lucem prolatus est a *Grutero*, CLI. 8. vti vero *Vghellus* in *Italiae Sacrae*, Tom. VI. p. 532. integriorem ab initio, sic hoc loco *Muratorius* dedit, sed, vt suspicor, ex ingenio suppletum. Si enim iam *Pighii* aetate tale extitisset exemplar, quin a viro accurate docto descriptum fuisset, dubitare non licet.

— 7. ediditque in *Inscript. Selectis*, p. 312.

CDLII. 1. iam in lucem prolata erat a *Maffeio* in *Observat. Literariis*, Tom. I. p. 186. n. 26. et ante eum a *Raymundo Duellio*, *Lucubrat. Epistol.* p. 27. n. II.

— 5. neque haec primum *Comi*, Neapolitani, beneficio innotescere poterat, quam doctissimus iam *Lupus* in *Dissertatione ad Severae Martyris Epitaphium*, p. 128. literis consignaverat, per siglas, ISMR. *Iunonem Sispitam Magnam Reginam*, vers. 5. intelligens.

CDLIII. 1. Pictura huius monumenti est in prima litera *Commentarii Io. Baptist. Piranesii* in *Castellum Aquae Iuliae*, p. 21. vid. quoque *Ficoronii Le Vestigia e Rarita di Roma antica*, Part. II. p. 33.

— 2. Vereor, ne idem sit, qui infra MMVIII. 1. denuo refertur.

— 3. *Antiquitat. Galliae* p. 188. Non inu-

inutile erit eius exemplum contendere, praeter *Hesselianum*, iam in *Periculo* laudatum, cum *Ed. Chishulli Antiquitatum Asiaticarum Parte altera*, quae tribus duntaxat foliis constat, p. 6. n. IV. *Rich. Pocockii Inscript. Antiquar. Graecar. & Latinarum Libro*, p. 19. n. 14. *Itinere Egmondi et Heumanni*, Part. I. Epist. IX. p. 116. item *Rich. Chandleri Syllabo & Notis od Inscript. Antiquas* p. V. ad n. XXXVI. Plane obliviosus esse videtur *Muratorius*, cum eumdem titulum ex *Maffeio* iterum DCCVI. 3. & quasi ανεκδοτον e schedis MMXXVI. 4. tertium promulgaret. *Chishullus* autem verisimiliter suspicatur, eum Procuratorem Caesaris, cuius nomen excidit, fuisse Λευκιον Ιυλιον. ΟΥηςηνιον *L. Iulium Vestinum*, eique titulum posuisse *Hermetem* Aug. Libertum, cuius *Vestini* memoria bis legitur ap. *Fabrett.* III. 479. et X. 48. it. *Murat.* MMXXIII. 2.

—— 4. pulchre sane illustravit *Alex. Symmachus Mazochius* singulari *Commentario in mutilum Campani Amphitheatri titulum Neapoli* 1727. 4. p. 1. sequ.

—— 5. *Antiquitat. et Histor. Campaniae* c. XXIV. p. 216. *Thes. Ital.* Tom. IX. Part. III. addatur *Scipionis Mazellae Situs et Antiquitas Puteolorum* c. II. p. 12. eiusd. Tom. IX. Part. IV. Putidus error est in *Indicis* Muratoriani c. VI. *Operum*, cum *Opus Pilarum Sex maris*, pro vi i. e. impetu maris ponitur.

—— 6. Dudum iam praesto fuerat studio *Fabretti* VII. 392.

—— 7. *Antiquit. Galliae* Epist. X. p. 55. Eandem quoque pari modo descriptam vidi et le-

legi olim in *Schedis Iosephi Scaligeri* Bibliothecae Leidensis.

CDLIV. 1. *Don.* II. 81. cui simile habet exemplum *Gat.* LXXI. 1. praeterquam vers. 12. vbi male CATOR pro CASTOR. in schedis *Pauli Petavii*, quas inspexi, maior varietas. Initio enim deest LAP. XIIII. mox vers. 7. desideratur ANTONINO et vers. 9. legitur IMP. IIII. COS. II. DESIGNAT. III. & vers. 13. L. LAENATVS.

— 2. Schedis *Gartelii* carere potuisset, si vel *Raymundi Duellii Lucubrationem Epistolicam* p. 27. n. IV. aut *Maffei Observationes Litterarias* Tom. I. p. 186. n. 28. in consilium vocasset.

— 3. Neque sibi persuasisset Cardinalem *Norisium* in *Adversariis* suis primum literatae illius columnae custodem fuisse, si vel *Gorius*, *Inscriptionum Florentin.* T. II. p. 13. n. 8. vel ipse *Muratorius* cognitum habuisset, bis apud *Fabrettum* V. 365. et X. 45. iam relatam esse, ne quid dicam de *Keyslero*, qui in *Itinere Novissimo*, Tom. I. p. 467. eamdem commemoravit, omnes recte vers. 5. DILAPSAM pro DELAPSAM.

— 4. *Antiquit. Gall.* Epist. VII. p. 35. cuius tamen editionem antevertit opera *Honorati Bouche* in *Historia Provinciae* Tom. I. Part. II. p. 497.

— 5. eadem infra vitiosior redit MMVIII. 8.

— 6. *Antiquit. Gall.* Epist. XXVI. p. 188. quam suo etiam *Museo Veronensi* inseruit CCCCLXVII. 2. vti ipse *Muratorius* eam-

eamdem infra non satis idoneo loco DCXV. 3. emendatiorem tamen, retulerat. Apud *Sponium* vero Sect. VIII. *Misell.* p. 269, iam eius arcus memoriam reperiri bene adnotarunt Duumviri doctisſ. *Buhierius* & *Hagenbuchius* Epist. Epigr. p. 40. & 62. E contentione exemplorum facile monstrum nominis, quod in *Maffeii* Epistolis obvium hoc loco Muratorius imitatus erat, SORTITVS pro ORFITVS tolli potest.

CDLV. 1. Dudum iam ex Schedis *Marci Marulli*, *Bibliothecae Vaticanae* vulgaverat *Ioh. Lucius*, Traguriensis, in *Inscriptionibus Dalmaticis* p. 29. n. 12. Tom. XIV. *Thes. Sicul.* aliter distinctis versibus, et post COH I versum 2. occupante numero, CXC. Ex eodem quoque fonte haustam dedit *Spon.* V. *Miscell.* p. 180.

— 2. Quamquam hoc exemplum plenius *Doniano* II. 100. tamen eius memoria silentio premi non debuerat.

— 3. *Don.* II. 55. vbi recte quidem *Gorius* eiusdem tituli memoriam *Fabrettinam* X. 555. quoad vitiosum Trib. Pot. XI. numerum emendavit; *Gudianum* tamen typum LXXXIV. 5. e schedis *Salmasii* repetitum, Inscriptionibus quippe *Donianis* et *Gudianis* eodem anno editis, laudare non poterat, sed quod *Muratorio* proclive erat. Hunc ipsum vero lapidem descripsit & illustravit *Camillus Silvester* in *Epistola ad Philipp. a Turre* in *Calogerae Opusculis* Tom. XI. a p. 423.

— 4. ex veteri codice scripto *Einsidlensi* triplicem hanc Epigraphen vulgaribus literis.

de-

dedit *Mabillonius* in *Veteribus Analectis* p. 361. n. 35. vbi in priori titulo non *consumtam* sed *consumtum* lego.

— 5. Supra iam ex *Vignolio* sumta adfuerat. CCXLIV. 4.

— 6 Non memini quicquam eius tituli in *Cornelii de Bruyn* Itinere Asiatico, eo quidem loco vbi Damascum obiter laudat, me legere. Id scio emendatius huius tituli exemplum reperiri apud *Montefalconem* in *Antiquit. Explicat.* Tom. IV. L. V. c. III. p. 133. qui e schedis *de Monceaux*, avunculi Comitis *de Bonneval*, exercitus caesarei illo tempore Polemarchi sic excerpsit:

IMPP. CAESS.
P. SEPTIMIO ET P. PERTINACI.
SEMPER AVGVSTIS
L. CALPHVRNIVS PR. CAELOSYRIAE P.
HOC PRAESIDIVM EXTRVXIT
IN SECVRITATEM PVBLICAM
ET
(sic)
ARABVM SCAENICORVM TERROREM.

— 7. inventus est hic milliaris lapis *Celeiae*, teste *Raymundo Duellio*, in *Lucubratione Epistolica* p. 27. n. III. post eum quoque Marchio *Maffeius* eumdem Vindobonae lapidem vidit & descripsit cum in *Verona illustrata*, Tom. I. p. 363. n. 49. tum in *Observationibus Li-*

 te-

terariis Tom. I. p. 187. n. 31. Ideoque schedarum auxilio, quasi nunc demum in lucem prodierit, non erat opus.

CDLVI. 2. adeone erat obliviosus noster vt non meminisset non multo ante CCXLIV. 3. iam commemoratam esse Epigraphen.

— 4. ex *Itinere literario Parisiis* 1717. & 1724. 4. edito Tom. II. p. 18. Est autem columna milliaris, cuius imaginem depictam debemus doctiss. *Moreau de Mautour*, in *Explication d'une colonne milliaire trouvée pres de Soissons*. *Historiae Academiae Inscriptionum* Tomo III. p. 230. eamdemque repetiit *Montefalco* in *Antiquit. Explicatione & Schematibus illustrata* Tomo IV. *Supplem* Tab. XLV. ad L. V. c. 7. p. 110.=114. vid. quoque quae ad h. l. disputavit *Freretus* de *Columnis milliaribus Galliae*, *Histor. Acad. Reg. Inscript.* p. 153. Tomi. XIV. addatur *Io. Dan. Schoepflinus* in *Alsatia illustrata* Tom. I. p. 566. quae vero *Muratorio* displicent vers. 9. 10. non videntur esse ipsius tituli, sed aliunde fortassis advecta supplementa.

— 6. in ponte leproso. Eumdem titulum exhibuit *Iohann. de Vita* secundum *Gruterum*, cum in *Thesauro Antiquitatum Beneventanarum* Diss. VI. p. 181. & in *Inscription. Beneventanis* Cl. V. n. 5. p. XXV. nesciens tamen apud hunc nostrum *Muratorium* integriorem legi.

CDLVII. 1. Apud Pilosam, vulgari dialecto: *Apollosa*. Non vero eadem est, quae *Gruteri*, sed diversa. *Gruterianam* enim *Romae*,

mae, hanc vero *Pilosat* superstitem putat *Ioh. de Vita Inscription Beneventan.* Class. V. n. 6. p. XXVI. Not. a.)

— 2. In columna leugari. et quidem in impluvio castelli, quod est in *Vico ad Axonam* (vulgo *de Vic sur l'Aine*) eruta vulgataque a variis hominibus Franciae doctis, primum *Trevoltinis*, in *Memoriis Trevoltinis* 1715. mense octobri Art. 137. p. 1828. *Lettre à Msr..... au suiet d'une Inscription trouvée dans sa maison de campagne proche Soisson:* tum *Parisiensibus*, interprete *Moreau de Mautour*, in *Histor. Academ. Inscription* Tom. III. p. 253. item Bern. *Montefalcone*, *Antiquit. Explicat* Tom. IV. L. V. c. 8. p 114. sequ. vna cum schemate illius columnae s. vt tum dicebatur *Leugae*, Tab. XLVII. nec non a duobus Benedictinis Monachis, in *Itinere Literario* Part. II. p. 19. qui vers. 7. habent COS IIII. addatur *Gisb. Cuperi Epistola* ad *Scheuchzerum*, in *Schelhornii Amoenitatibus Ecclesiasticis* Tom. II. Epist. 43. p. 1046. & *Io. Dan. Schoepflinus Alsatiae illustratae* Tom. I. p. 566. Vel sic tamen valut e schedis primum hoc loco in lucem prodire, deinceps incredibili paene incuria eadem recurrere debebat infra MMIX. 5.

— 3. Supra iam adfuit CCXLVII. 3. nesciitque *Muratorius* iam sincerius editam fuisse in *Galei Commentario* ad *Antonini Itinerarium.* p. 118.

CDLVIII. 2. eius tituli nihil mittere poterat *Salvinius*, nisi quod iam dudum a nobili quodam Sueco acceperat *Pagius* in *Critica Ba*-

roniana ad A. C. 216. II. Tom. II. p. 451. ed. *Lucens.* aut *Sponius*, e schedis *Peirescianis* sumserat VIII. *Miscell.* p. 271. 272. tum *Maffeius* in *Selectis Antiquit Gallic.* Epist. VII. p. m. 34. vulgaverat, quibus postea accesserunt & *Gorius Inscription. Florentin.* Tom. III. p. 123. n. 119. & *Ioh. Dan. Schoepflinus* in *Alsatiae illustratae* Tom. I. p. 555. id duntaxat animadvertendum, in imo legi ap. *Sponium* non XLIX. sed XX.

— 3. rursus queri me oportet, me nihil huius Epigraphes in *Cornelii Brunii Itinere Asiatico* reperisse. Estne fortassis quid eius generis in eiusdem *Itinere Moscovitico, Persico & Indico*? quod *Amstelaedami* 1711. fol. prodiit, idque nec habui, nec inspexi: Interim bonum factum, aliunde nobis constitisse de saniori verborum tituli formula cum ex *Sponii* VIII. *Miscellan.* p. 272. tum ex Hodoeporicis Scriptoribus *Henrico Maundrello*, in *Voyage d'Alep à Ierusalem* p. 61. ed. *Traiect.* et *De la Roquii Voyage de Syrie et du Mont Liban*, Tom. I. p. 22. ubi versu 3. legitur PARTH. MAX. BRIT. GERM. MAXIMVS item vers. 6. pro verbis nullius sensus, IN CAELVM INCISIS, recte: LYCO FLVMINI CAESIS. post DILATAVIT vero vers. 7. PER..... cuius versus verba studio deleta esse referunt Itinerum Scriptores. Ex eodem quoque *Maundrello* didici, reliqua verba: INVICTE IMP. rel. in alio rupis loco lecta & descripta fuisse. Proinde huic tituli formulae male agglutinantur. In hoc quoque eodem voto so-

folenni poſt ANTONINE legitur litera P. fortasſis PIE et in fine IMPERA pro IMPERES.

— 4. Immo in *Scotiae* loco, qui vulgari dialecto vocatur *Duntocher* inventus eſt lapis, quem e *Gordonii Itinerario Septentrionali* Tab. X. n. 1. ad p. 51. antea deſcripſerat *Ioh. Horſlaeus* in *Britannia Romanae* L. II. ad p. 192. Tab. 2. n. 11. v. Not. c. 3. p. 195. operae pretium eſt cernere lapidis effigiem. *Alex. Gordonus* ſic legit: *Imperatori Antonino Auguſto Pio Patri Patriae Legio Secunda Auguſta Fecit Per Paſſus ter mille ducentos Septuaginta vnum.* Plures lapides *Legionis II. Auguſtae* nomine inſignes ſimul ibidem dedit, et de *Vallo Antonini* eleganter disſeruit in *Obſervations upon Antoninus's Wall* p. 63. ſequ.

CDLIX. 1. Supervacaneae erant *Garellii* Schedae, cum praeſto iam eſſet ex *Raym. Duellii Lucubratione Epiſtolica* p. 28. n. V. et poſt eum ex *Maffeii Obſervationibus Literariis* Tom. I. p. 188. n. 32. eamdemque mox ſive ipſe *Maffeus* in *Muſeo Veronenſi* CLXI. 2. ſive *Dominic. Georgius* ad *Pagii Critic. Baron.* A. C. 217. p. 453. ed. *Luc.* repetiit. e quibus inprimus *Maffeio*, l. l. p. 208. 209. huius columnae titulus ſuam accipiet lucem.

— 2. Don. II. 104.

— 3. Don. V. 22.

— 4. genuinum huius columnae milliaris typum velim inſpicias in *Opere Danubiano* Tom. II. Part. II. Tab. XLI. 2. ad p. 107.

 — 5.

— 5. *Gorii Inscription. Florentin.* Tom. I. p. 20. XXXVI.

— 6. Hic typus est a manu *Blanchinii*, ipsum et tituli et columnae milliaris exemplar cognoscere licebit ex ipsius *Marsilii Danubio*, Tomo II. Part. II. Tab. 47. n. 3. ad p. 117.

CDLX. 1. *Transact. Philos.* Vol. XXX. ad A. 1717. Num. 354. III. vbi: *Extract of a Letter of Dr. Christ. Hunter, M. D. to Dr. I. Woodward R. S. S. from Durham, giving an Account of a Roman Inscription lately dagup in the Nord of England, with some Historical and Chronological Remarks thereon.* addatur eiusdem Voluminis *Numerus* 357. ad A. 1718. p. 826. sequ. nec non *Horslaei Britannia Romana* No. 55. XI. p. 289. & *Gordoni Iter Septentrionale* in *Supplemento* Tab. LXVII. I. a p. 13.

— 2. *Transaction* Vol. XXX. Num. 357. p. 526. sequ. cum interpretatione *Rogerii Galei* adde *Trans. Philosoph.* Vol. LIII. ad A. 1763. p. 136. vide quoque *Horslaei Britanniam Romanam*. No. LV. XII. p. 290. et *Gordoni Supplementum Itineris Septentrionalis* Tab. LXVII. 2. p. 13. sequ.

— 4. *Veron. illustratae* P. I. p. 363. n. I. & in *Museo Veronensi* p. CII. 3. vbi vers. 3. DECCIVS pro DECIVS et vers. 6. XVIIII pro XVIII.

— 5. accuratius descripta est in *Muratorii Antiqu. Italiae Medii aevi* Tom. II. p. 193. 194. vbi *Pontem Seculae* fluvii (hodie *Secchia*) recte interpretatur Muratorius.

— 6.

— 6. in Colonia Accitana in oppido *Guadix* quid novi dare poterant schedae *Ambrosianae*, cum ex schedis *Ramberti* iam dedisset *Donius* editore *Gorio*, nesciente tamen eodem, iam *Fabretto* X. 95. cognitam fuisse. De *M. Cass. Latinio Postumo* v. *Cannegieterum* in *Postumo*. c. I. p. 114. et c. V. p. 124.

CDLXI. 1. A' *Saint Meloir des Bois, Abbaye des Benedictins à quelques lieues de St. Malo. Le Pere Lobineau Benedictin*, qui l'a publiée dans son *Histoire de Bretagne Vol. II. p. 2. l'a prise pour un autel.* Sic scribit *Freretus*, *sur les Colonnes Itineraires de la France* p. 154. Tom. XIV. *Histor. Academiae Inscription*, ipsumque titulum sic expressit:

IMP. CAES
AVONIO VICTORINO
P. F. PI . . . SO . . . . O
LEVG.

Paulo aliter eumdem exhibet vir quidam doctus in *Continuation des Memoires de Literature par Mr. de Salengre* Tom. V. Part. I. p. 134. *Inscription de S. Meloir des Bois, dans la Dioecese de Dol.* vbi vers. 3. et 4. P. I. SC. LEVC. inde hanc architectatus est interpretationem: *Imperatori Caesari Avonio Victorino Patri Exercituum Principi Invicto Legatus eius vovet consecrat.* Pessime! De nomine *Piavonii Victorini* lege *Cannegieterum* in *Trebellio Pollione* p. 189.

— 2. Archetypum lapidis simulacrum

 apud

apud *Marsilium* in Opere Danubiano Tom. II. Part. II. Tab. XLVII. n. 5. ad p. 118.

— 3. *Antiquit. Gall. Epist.* VII. p. 36.

— 5. Prope vicum *Leirac* duobus lapidibus a *Carcassone*. v. *Memoires de Trevoux*. A. 1729. mens. *Sept.* p. 1719. & *Iournal des Savans*. 1725. mense *Ianuar.* p. 118. vbi illarum Ephemeridum auctores narrant, virum quemdam doctum novissimas Siglas vers. 9. sic explicuisse: *Narbonensis Militia Poni iussit* quam interpretationem probavit *Io. Aegidius Egmunda — Neoburgus* in *Itinere* Mspto vol. 2.

— 8. eadem esse videtur, atque mox recurrens CDLXII. 2. sed pro variorum editorum vel maiori vel minori cura sive plenior, sive imperfectror, de qua paulo post.

CDLXII. 1. in *Verona illustrata* Part. I. p. 363. n. LII. vers. 2. legendum P. F. i. e. *Pius Felix*, & *Mus. Veron.* p. CIII. 2.

— 2. Secutus hic est exemplum *Donianum*, II. 107. ab aliis varie editum, quod ipsum videtur fugisse *Gorium*, primum a *Smetio*, LVII. 6. *Grutero*, CCLXXIX. 2. & confusis versibus a *Fleetwoodo*. p. 117. 1. neque diu ante *Fleetwoodum* circa A. 1666. e schedis *Pyrrhi Ligorii* privatim descriptus est a *Nicolas Heinsio* itidem permistis versibus in *Epistola* ad *Thom. Reinesium*, *Epistolarum* quippe *Sylloges Burmannianae* Tom. V. p. 205. cui *Reinesius* sic notanter rescripsit ibidem p. 206. *Peccavit*, inquiens, *descriptor lapidis Fani Fortunae, quem mecum communicas. Sunt enim*

enim revera duo diversi, eodem tamen loco reperti, diversorumque temporum: et ille quidem de Diocletiano et Collegis, hic de Asterio, quem Correctorem Flaminiae et Piceni fuisse Imperatoribus Valente et Valentiniano e legibus Codicis Theodosiani ostendo in Eponymologico. Et recte igitur Gruterus velut distinctos producit, illam quidem p. 279. *hunc vero* p. 165. Indidem quoque eamdem Epigraphen nullis distinctam versibus, decerpsit *Hesselius* in *Praefationis Appendice* ad *Gudii Inscriptiones* Stell. I. p. 3. Quae cum ita sint, dubitarene poterat *Burmannus* Secundus in Adnotatione ad *Henrici Valesii Emendationes et de Critica* L. I. p. 182. an edita sit? Titulus autem *L. Turcii Aproniani* aeque minus ad *Diocletiani*, vti hoc loco *Muratoriano* CDLXII. 2. atque a nonnullis, tamquam *Cyriaco Anconitano*, alius *Gruteri*, CLXV. 2. ad Augusti, i. e. Octaviani Caesaris tempora (v. *Laur. Mehusius* in Praefat. ad *Kyriaci Anconitani Itinerarium*, p. XXXVIII. XXXIX.) referri potest, propterea censeri debet, hanc clausulam aliunde huc advectam et agglutinatam esse, Quoniam vero *Turcii Aproniani Asterii*, ni distinguantur, facile in errorem temporum nos inducere possunt, semel indicando eorum discrimine defungi mihi liceat. (1.) L. Turcius *Apronianus* secundus COS. incertum cuius anni, avus, arg. Gruteri, CDLXXVI. 7. *Murat.* CCCLXXIX. 1. fortassis idem, qui Quaestor Aerarii Saturni, Praetor, Quindecimvir S. F. (Sacris Faciundis) Corrector Tusciae *Gud.* XLI. 5. Neque incredibile

 mi-

mihi videtur, eumdem quoque fuisse Praefectum vrbi, cui propterea assignaverim lapides Gruterianos, DCXLVII. 6. 7, e Mazochio, XV. 5. *Apiano*, CCLVI. 1. & *Smetio*, C. 9. item *Grut.* MLXXX. 9. et *Gud.* LXXXIII. 9. nec non *Spon.* IX. Misc. p. 303. & *Gud.* LXVI. 7. quo vero tempore Praefectus vrbi fuerit, nemo indicavit. Suspicor eum vixisse Maximiano, & Diocletiano Augg. non argum. *Donii*, IV. 7. et *Murat.* CDLXII. 2, sed arg. *Gudii*, XXXVIII. 5. quoniam ibi VILL*am* MAXIM*am*, item VIAE NOVAE *Aream* stravit. ideoque fortassis A. V. 1045. Dom. 293. ferre poterit. (2.) alter eius filius: *L. Turcius Secundus Apronianus*, praefecti vrbi filius, *Asterius.* Pater, Corrector Flaminiae et Piceni. Murum dedit *Constante* & Constantio, Constantini M. filiis, Imperatoribus, circa A. V. 1091. Dom. 339. e *Smetio*, VII. 2. *Gruter.* CLXV. 2. Pontem refecit, *Grut.* MLXXIX. 1. Tibure clivum Tiburtinum in planitiem redegit *Murat.* CDLXIII. 9. Ad eumdem quoque spectat hic ipse titulus Muratorianus, CDLXII. 2. et altera parte. Tertius est (3.) *L. Turcius Apronianus*, nepos L. Turcii Secundi, arg. *Gruteri*, CDLXXVI. 7. & *Muratorii* CCCLXXIX. 1. in cuius honorem posita erat basis marmorea apud *Smetium*, LXVIII. 2. & *Gruter.* CDLXXVI. 7. *post Amantii & Albini Cons.* adeoque A. V. 1098. Dom. 346. (4.) *Turcius Secundus Asterius*, V. C. XV. vir S. F. Valente et Valentiniano Augg.

COSS.

COSS. A. V. 1117. *Dom.* 365. *Grut.* CXCII. 3. & *Fleetwood.* p. 82 : 2. omnes *Asterii*, hinc in summitate lapidis apud *Gruterum*, CDLXXVI. 7. & *Mur.* CCCLXXIX. 1. ASTERII. vti etiam (5.) *Turcius Rufus Apronianus Asterius* COS. A. V. 1246. Dom. 494. cum *Praesidio* collega. *Fabrett.* X. 648. & *Murat.* CDXV. : 1. 2. 3. de quo mox. Qui vero in vulgaribus Fastis, A. V. 1201. Dom. 449. dicitur *Turcius Secundus Asterius* Consul & Collega *Fl. Protogenis*, non videtur *Turcius* fuisse, sed *Flavius Asturius*, vel *Astyrius*, vt apparet ex Diptycho Leodiensi, abundeque demonstratum est a *Norisio* in *Cenotaphiis Pisanis*, p. 292. & *Hagenbuchio* in *Epist. Epigraph.* p. 311. 312. addere liceat me ad *Diptychon Magni Consulis*, p. 11. quocum minime confundi debet, vt passim fieri solet, tamquam a magno *Reinesio*, voc. *Asterius* & *Asturius* ad VI. 38. & in Eponymologico Msc. *Hic. Heinsio* loco mox laudando p. XXXIX. novissime ab *Henr. Ioh. Arnzenio*, in *Observationum ad Sedulium Specimine*, c. X. p. 65. sequ. *Turcius Rufius Apronianus Asterius*, Consul et collega *Flavii Praesidii*, A. Chr. 494. qui in remotae vetustatis codicibus scriptis *Mediceo*, *Florentino*, & *Remensi* dicitur & *Virgilium* & *Sedulium* recognovisse. vid. emendationis Virgilianae argumentum in *Nicol. Heinsii Dissertatione*, et pictura scripturae, quae extat in editione Burmanniana, Tom. I. p. XXXVI. XXXVII. & apud nostrum

Mu-

Muratorium, DCLXII. 2. vti eiusdem Epigramma ad *Macedonium* in bonis *Sedulii* editionibus legitur. Hic autem certissime *Turciae*, ille vero *Asterius*, vel potius *Asturius Astyriusue Flaviae* gentis fuit, nec huius anni Chr. 494. consulis *Asterii* nomen vspiam *Asturii*, *Astyrii*ve formam accepit.

CDLXII. 3. ex *Veron. illustrata*, Part. I. p. 363. n. LI. & *Mus. Veronens.* p. CIII. 1.

— 5. *Veron. illustr.* Part. I. p. 363. n. LIII. & *Mus. Veron.* CIV. 2.

— 7. in horto Coelestinorum, ex *Montisfalconis Antiquit. Explanatione & Schematibus Illustratis*, Tom. IV. *Supplem.* L. V. p. 110. edita quoque fuit in *Diario Italico*, c. VIII. p. 126. & a *Ficoronio* in libro, cui titulus: *Le Vestigia e Rarita di Roma Antica*, p. 54. Mirum nesciisse Italos, illius milliarii titulum diu ante a *Fabretto*, V. 355. descriptum fuisse.

CDLXIII. 2. *Veron. illustrata*, Part. I. p. 364. n. LV. & *Mus. Veron.* CIV. 4. sed diu *Gruterianis* iam literis custodita erat, CLIX. 3.

— 3. *Dissertatione & Animadversionibus ad nuper inventum Severae Martyris Epitaphium*, p. 124.

— 5. *Marmor. Brixianis*, p. m. 237. nunc extat in *Museo Veronensi*, p. CV. 1.

— 6. i. e. *Scipione Claramantio* in *Historiarum Caesenae*, L. IV. p. 77. *Thes. Ital.* Tom. VII. Part. II. & *Donio*, II. 101. dedit quoque *Elchreus Dinunda* in *Caesaris Brixii Vrbis Caesenae Descriptionis Annotationibus*, p. 39. et 40. Tom. IX. Part. VIII. *Thes. Ital.* vbi

vbi verſ. 2. FL. omiſit verſ. 6. TRIB. POT. XXII. & poſt CONSVLI deeſt numerus VII. vti etiam ap. Claramantium. Nuſquam, quantum ſciam, adnotatum eſt, in *Gruteriano* iam corpore legi, CCLXXXIII. 3. Ipſe *Muratorius* ſimilem putat *Gruter.* CLIX. 6. cur non etiam ſuae ſimilis meminit, CCLIX. 5? Praeterire non poſſum, *Claramantium* ſiglas illas verſus 13. peſſime interpretatum eſſe *Monumentum Poſuerunt Decemviri* vel *Quindecimviri* propterea merito poenas dediſſe *Iacobo Villano*, in *Rubicone*, p. 32. eiusdem Tomi *Theſ. Italiae.*

—— 7. in vico *Cabasſe*, vid. *Hiſtoria Provinciae*, Tom. I. L. III. c. 8. p. 129. et p. 643. Idem ex *Bergierio* revertitur infra MMXI. 6. Cur hic Conſtantinus *Maximiani Herculei* nepos dicatur, in promtu eſt ratio, per filiam *Fauſtam*, vt iam demonſtravit *Pagius* in *Crit. Baron.* A. 307. n. XIV. p. 441. Tom. III. ed. Lucenſ. ſed *Conſtantii* filium eſſe hoc Muratorii exemplum falſo docet. *Bouchei* contra exemplar recte: CONSTANTINI AVG. PII.

—— 8. *Memorie Breſciane*, p. 239 : 9.

—— 9. v. *Saggi di Diſſertazioni Accademiche*, Diſſert. IX Tom. II. *del Giuſeppe Rocco Volpi*, *intorno alla Villa Tiburtina*, p. 168. ſequ. ibidemque *Epiſtolam* eius Etruſcam ſuper *C. Inſcriptionibus ad P. Calogeram*, in *Opuſculis Scientificis & Philologicis*, Tom. XIX. p. 137. n. 36. & *Vetus Latium Profanum*, Tom. X. Part. II. L. XVIII. c. XIX. p. 658. ſ.

CDLXIV.

CDLXIV. 1. *Memorie Bresciane*, p. 237. n. 3.

— 3. non accurate imitatus est edita *Maffei* in *Veron. illustr.* Part. I. p. 364. LVII. & *Mus. Veron.* CV. 4. sic enim versu 4. & sequ. IMP. VII. COS. III. BONO R. P. NATO PATRI PATRIAE.

— 4. neque in hoc iustam exemplaris *Maffeiani Veron. illustrat.* P. I. p. 364. LVIII. & *Mus. Veron.* CVI. 1. formam reddidit.

— 5. bis relata est a *Donio*, II. 48. et III. 72. neutrubi *Gorius* lectores commonefecit, saepius antea a *Reinesio*, II. 16. plenniusque a *Sponio*, VIII. *Miscell.* p. 276. *Fabretto* III. 515. et *Gud.* LXXXIII. 1. custoditam fuisse literis. In omnibus exemplis post vers. 4. legitur IVSSERVNT hic male praetermissum. Eamdem *Epigraphen* cur denuo renovaverit *Donatus Supplim.* p. 151 : 9. rationem non comminiscor.

— 6. iam supra adfuerat, CCLXIV. 8.

— 7. quasi nondum edita fuisset. Sed iam invenerat sui nuncium *Iosephum Roccum Vulpium* in *Vet. Latio Profano*, Tom. III. L. IV. c. 7. p. 170. qui in Villa Pamphilia eam reperiri testabatur, et vers. 6. pro SCABIE exhibebat CARCE, legendum fortassis CARIE, vers. 8. REPARAVIT, & pro EFFIGIEM offerebat NITOREM.

CDLXV. 1. in *Donianis* lapidibus, II. 40. vbi *Gorius* quidem recte animadvertit inemendatam occupasse *Sponium*, sed ignorare poterat, apud *Gudium* in *Indice Imperatorum*, c.

XXI.

XXI. p. LVIII. omnium emendatisſime legi, ipſumque, vt videtur, *Gudium* verſ. 8. gryphum verborum IVDIX MEIS IIX ſic expoſuisſe IV DIE MENS. IIX. h. e. Octobris, eodem enim anno & *Donianum* et *Gudianum* corpus prodierat. Verum Muratorio id incompertum esſe minime debuerat. Quibus omnibus, vti etiam *Fleetwoodo*, p. 126 : 1. magis crediderim legendum esſe verſ. 9. *Fl. Aſterio*, quam ſchedis *Ptolomaei* T. CASTERIO DEPVTATO.

—— 2. *Don.* II. 105. cui aliud ſimile II. 106. iungitur, hoc loco, neſcio quamobrem, omisſum.

—— 3. *Veron. Illuſtrata*, Part. I. p. 364. n. LIX et *Muſ. Veron.* CVI. 4.

—— 4. e Codice MSC. *Einſidlenſi*, *Mabillonius*, in *Veter. Analectis*, p. 362. n. 50. ed. nov. vnde iam antea deſcripſerat *Fabrettus*, X. 45.

—— 5. *Don.* II. 25.

CDLXVI. 1. aeque pleniorem iam cognoveramus ex Codice *Einſidlenſi* apud *Mabillonium* in *Veteribus Analectis*, p. m. 359. n. 7. vbi verſ. 6. *triumpho quo.* verſ. 7. ſupplendum DOM*uerunt*, verſ. 9. *tropaeisque.*

—— 3. ſui ipſius immemor a ſe iam editam esſe hanc eximiam Epigraphem non recordatus erat *Muratorius* in *Antiquitat. Italiae Medii Aevi*, Tom. V. *Disſertat.* LVIII. p. 43. 44.

—— 4. ex *Bonſanto*, neſcio quo.

CDLXVII. 1. Mira ἀβλεψία *Muratorius* ne-

nefciebat dudum e *Smetio*, XXXIV. 11. tranfiisfe in Syllogen *Gruterianam*, CXVI 4.

— 3. plane fimilis eft apud *Spon.* IX. *Mifcell.* p. 303. & *Gorium*, *Infcription. Florentin.* Tom. I. p. 222. n. 26.

— 5. quafi vnus & folus *Petr. Saxius*, Arelatenfis ille Prefbyter, in libro rarisfimo *Pontificio Arelatenfi*, *Aquis Sextiis*, 1629. 4. huius lapidis fidem praeftiterit, neque antea iam circa A. 1610. e *Scaligeri* & *Knibbii* fchedis *Gruteri* minifterio, CLIX. 8. emendate prodierit, neque poftea hoc milliare multoram hominum eruditorum induftriam exercuerit, tanquam, ipfius *Scaligeri*, in *Lectionibus Aufonianis*, L. II. c. 30. p. m. 244. *ed. Sanctandreanae*, 1588. 8. *Reinefii*, L. III. *Variar. Lection.* p. 610. 611. *Donii*, II. 103. *Sponii*, V. *Mifc.* p. 166. *Nicolai Bergierii*, *de viis militaribus*, Tom. I. L. III. p. m. 495. ed. *Bruxell.* 1728. 4. *Honorati Bouchii*, in *Hiftoria Provinciae*, Tom. I. L. IV. c. IV. p. 302. & Part. II. L. III. Sect. III. p. 583. *Montefalconis*, imaginem columnae e libro *Peirefcii* fcripto offerentis, titulumque pluribus illuftrantis, *Antiquitat. Explicat. Supplementi*, Tom. IV. L. V. c. 9. Tab. XLVII. p. 116. = 18. *Dominici de Colonia*, in *Memoriis Trevoltinis*, 1701. Tom. II. Part. II. Art. 25. p. 282. ed. Amftel. *Io. Franc. Seguierii*, in *Antiquitéz d'Arles*, p. 53. et *Maffei*, *Antiquitat. Gall. Epiftol.* VII. p. 38. 39. Quorum omnium & lectionibus & fententiis inter fe collatis titulum fic opinor interpretandum

es-

esse: *Salvis Dominis nostris Theodosio et Valentiniano Piis Felicibus Victoribus ac Triumphatoribus semper Augustis quintum decimum Consule* (non enim divellendi sunt numeri XV.) *Theodosio* adeoque A. Dom. 435. vir *inlustris, Auxiliaris Praefectus Praetorio Galliarum de Arelate Massiliam Miliaria Poni Sua Pecunia Iussit.*

— 7. *Itineris Orientalis*, Tom. III. Epistol. XVII. p. 80. ed. Lugdunensis Franciciae, 8. vnde etiam eleganter descripserat *Montefalco* in *Palaeographia Graeca*, L. II. p. 174. audaculus fuit *Bimardus*, cum vers. 4. pro Παρτικος scriberet Αντικος, cognomen *Iustiniano* tributum in Prooemio *Institutionum*, de quo nemo melius disseruit, quam *Abraham. Ortelius* in *Thesauro Geographico*, voc. *Anti* & *Antieum* quod videtur nesciisse *Ever. Otto*, *ad Iustiniani Instituta*, p. 6. (b.)

CDLXVIII. 1. in *Adolphi Occonis Imperatorum Romanorum Numismatibus*, *Mediolani* 1683. fol. p. 568. extitit quoque in *Antonii Gatti Historia Ticinensi*, c. III. p. 6. Tom. IV. Part. II. *Thes. Ital.* & *Io. Brevalius* in *Remarks on Several Parts of Europe*, Tom. II. p. 171. minus accurate, vt solet, descripsit.

— 2. emendatior iam nomine *Luitprandi* regis prodierat in *Muratorii Antiquitatibus Italiae Medii Aevi* Dissertat. XXVI. p. 195. 196. Tom. II.

— 5. *Don.* II. 16. quam denuo repetendam esse putavit *Donatus* in *Supplemento* p. 61: 5.

— 6. Non fideliter reddita Inſcriptio. In lapidis enim illius fruſto non eſt CONBVSTVM, ſed CONS. i. e. CONS*umtum* exemplo & teſtimonio accuratisſimi *Philippi a Turre* in ſingulari Epiſtola ad *Iac. Facciolatum* ſcripta, *Lettera del fu Mſgr. Filippo del Torre, Veſcovo d'Adria ſopra una publica Iſcrizione di Confini, che ſta regiſtrata a Lettere antiche nel Palazzo publico d'Aſolo e ſopra un Frammento d'altra Iſcrizione par d'Aſolo al Signor Iacopo Facciolati*, in *Supplemento Ephemeridum Literatarum Venetarum*, Tom. I. Art. II. p. 31.=71. inprimis p. 57.

CDLXIX. 1. dubiae antiquitatis titulus mihi esſe videtur.

— 2. Hanc marmoris Epigraphen ſine dubio *Bimardus* ex *Pauli Lucae Itinere Graeciae & Aſiae minoris*, Tom. I. p. 314. n. 45. mire deformatam, vt ſaepius, nec iniuria queſtus eſt *Cuperus* in *Literis Criticis*, p. 155. et 331. decerpſit, hoc ipſo novisſimo loco emendans & commutans Κλυντηρας in Πλυντηρας. Sed placuit *Bimardo* magis Κλυμακτερας, et εκ Κονιδος prae *Cuperiana* lectione ἐκ τῶν ἰδίων.

— 6. Eſt ſane in *Donianis* II. 76. vbi recte verſu 8. CALVOS pro CALVS adeoque etiam verſ. 1. iſtud cognomen ſimiliter emendandum eſt.

— 8. Antea iam aeque mutila lucem viderat opera *Mutii Phoebonii* in *Hiſtoria Marſorum*, L. III. c. VIII. p. 198. Tom. IX. Part. IV. *Theſ. Italiae.* vbi verſu 1. vitioſius MARTA legitur. lacunam poſt A. SOLO ſup-

ſupplere posſis verbo EXSTRVXIT & verſ. 3. V Ario.

— 9. *Puerorum* & *Puellarum Alimentariorum* non vna haec eſt in titulis veteribus fama. vid. ſupra iam deſcriptos, CCXXX 3. 5. et CCXXXVIII. 2. 3. cuius liberalitatis imaginem declarant fragmenta Arcus triumphalis Traiani in arcu Conſtantini ſervata apud *Ioh. Petr. Bellorium* in *veteribus Arcubus Auguſtorum* Tab. 30. Eius certe munificentiae auctor fuit *Traianus* v. *Fabrett.* ad *Inſcript.* III. 437. 617=619. p. 234. ſ. & *Columnam Traian.* c. II. p. 36. eum imitati ſunt *Hadrianus*, teſte *Spartiano* in *Hadrian.* 7. *Antoninus Pius*, in honorem *Fauſtinae.* v. *Capitolin.* in *Pio* 8. et *Rubenius* II. *Elector.* 36. *M. Aurelius*, *Capitolin.* in *Antonin. Philoſ.* 7. item *Alexander Severus*. *Lamprid.* in *Alexandr.* 57. quod totum argumentum de pueris & puellis alimentariis, item de *pueris curiae*, ideo ſic dictis, quod in publico quodam aedificio ſeu οἰκίᾳ ἱερᾷ τῶν παρασίτων, vt Graeci vocabant, nutriebantur, ſive quibus *incrementum* locutione tituli *Gruteriani* CDLXI. dabatur, ſic illuſtrarunt *Reineſius* ad VI. 24. *Fabrettus* ll. ll. & *Gudius* ad *Gruter.* CDLXI. *Anton. van Dalenius* in *Diſſertatione de Origine et Ritibus Sacri Taurobolii* c. XI. ap. 160.=168. *Oliverius* ad *Marmora Piſaurenſia*, XXXVI. a p. 116. alii viri docti ab *Heſſelio* in *Indice Gudiano*, p. 20. voc. *Alimentari* laudati, inprimis *Muratorius* noſter in libello *dell' inſigne Tavola di Bronzo*, p. 25. vt paene non opus ſit *Trotzium* in *Me-*

N 2 me-

moria Propagata L. I. c. 3. a p. 222. nominare.

CDLXX. 1 Diu integrior iam e schedis *Pighianis* depicta erat apud *Laur. Begerum* in *Spicilegio Antiquitat.* Segm. III. p. 91. n. XVII.

— 3. Don. IX. 31.

— 4. *Don.* II. 61. 109. Ex Decreto Decurionum *Circensium Lucum Maceriam et Murum et Ianuam De sua Pecunia Fieri curavit.*

— 5. mendosissimae huius Inscriptionis fragmentum ter relatum esse quis non miretur? primum hoc loco *Corae* posuit, iterum ex *Donio* II. 9. *Praeneste*, interpositis paucis foliis locavit DV. 16. tertium DCCLXII. 1. ibidem *Corae* oppido ex schedis suis assignavit, mox hic mox alibi corruptius.

— 6. *Don.* II. 12.

— 8. genuinus marmoris typus cernitur in *Gualteri Tabulis antiquis Siciliae*, n. 295. p. 540. Tom. VI. *Thesauri Siculi.* Sine omni necessitate redit infra CDLXXXIX. 2.

— 9. & *Gorius et Muratorius* nescierunt, eumdem titulum a Pighio accepisse *Gruterum* CLXXXI. 1. et ex Ligorio descripsisse eum *Gudium*, LXXVI. 2. tum *Vulpium Veteris Latii Profani*, Tom. VIII L. XV, c. 5. & IX. L. XVII. c. 2. p. 269. vitioso vbique nomine *Grutero* dicitur AVRVNCEIVS *Gudio* & *Muratorio* ARVNCEIVS. recte emendavit *Reinesius* in Eponymologico Msc. AVRVNCVLEIVS.

CDLXXI

CDLXXI. 1. in *Inscriptionibus Aquileiensibus* n. 74. p. 400. post *Monumenta Veteris Antii*. Sed integriorem sinceriioremque vide in *Ioh. Iosephi Liruti Dissertatione de Iulio Carnico*, Tom. IV. *Miscellanee di varie Operette*, p. 300. qui vidit & descripsit. cuius fragmenti principium offert: AEDEM BELLINI. et versus 6. non POTITIOR sed OTTICIO *Sexti* L. ARGENTILLO MAGIstro VICano legere iubet. Eumdem typum bene assecutus est & probavit *Ioh. Dominicus Bertoli*, in *Le Antichità d'Aquileja*, p. 301. CCCCXXI. Male *Muratorius* in Indice exhibet quasi nomen fuerit *Potitior Sex. L. Argentillus*.

— 2. *Veron. illustr.* Part. IV. p. 78. *Mus. Veron.* CXXI. 1. nescio an sincerior typus sit *Onuphrii Panvinii Antiquit. Veron.* p. 96. vbi LVCI. L. IVSTINVS. Mendis consperfam dedit *Breval. Remarks on Several Parts*. Tom. II. p. 124.

— 5. non Vicenticae sed in agro Veronensi. per *edita March. Maffeii* intellexit *Veronam illustratam*, p. 353. n. IX. neque tamen id exemplar accurate secutus est, VEICETINOS commutans in VEICENTINOS, propterea notatus fuit a *Maffeo* in *Mus. Veron.* CVIII. 1. qui *editum* quidem ait *Epigramma pluries*, *sed inculpatim* h. e. vt interpretor, optima accurationis fide, *nunquam*. An de omnibus idem pronunciare potuerit *Maffeius*, dubito, quoniam omnes, qui lapidem hunc Vicentinum promulgarunt, aut inspicere aut conferre non levis est opera. Eius memi-

nisse *Hermolaum Barbarum* in *Correctionibus Plinianis*, *Angelerius*, *de Antiquitate vrbis Atestinae*, p. 5. Tomi VII. Thesauri Ital. Part. I. *Burmannus* vero in *Praefat.* eiusdem *Tomi* p. (10.) *Beroaldum* (nescio quem, maiorem, an minorem,) ad *Plinium* III. 19. aiunt. Quam vere, ipsi iudicent. Sic *Barbarum* quoque in *Plinianis Castigationibus* laudat *Leander Alberti*, Bononiensis, in *Descriptione totius Italiae*, p. m. 732. ed. Colon. 1567. fol. quem ipse primum tituli huius auctorem oculis meis cognovi, ibi Sex. Attilius M. F. *Seranus* dicitur & inter *Aetestinos* & *Veicetinos* fines statuti, mox longe emendatius prodiit apud *Petr. Apianum* CCCXXX. 2. ibi enim salvus est *Sextus Atilius* M. F. SARANVS et praeter AETESTINOS, perperam sic scriptos, salvi VEICETINI. Tum apud *Onuphrium Panvinium* in *Antiquit. Veron.* p. 244. eiusque imitatorem *Anton. Augustinum*, in *Numis*, *Dial.* X. p. m. 285. ATILIVS audit *Serranus*, apud *Bernard. Scardeonium*, *Histor. Patav.* L. I. p. 91. Tom. VI. Part. III. *Thesaur. Italici.* male! *Sextus Attilus* SERA. apud *Hippolytum Angelerium*, l. antea l. Sextus Attilius SERA. vti etiam *Sertor. Vrsatum*, in *Historia Patavina*, p. 30. eodem modo, sed apud *Fulvium Vrsinum* omnium emendatissime in Numis *Familiarum*, gente *Atilia*, p. m. 43. item *Cyprianum a Popma*, in *Emendationibus Sallustii* ad *Bell. Catilinar.* c. 37. p. 42. ed. *Carrionis* 1574. 8. quos vtinam secutus esset *Gruterus*, non CXVIIII. 6. vt male *Burmannus* excitat. l. l. cui etiam *Seranus* placet,

cet, sed CXCVIII. 6. nec *Apianum* suum deseruisset. Non miror, *Iacobum Salomonium*, vtpote minorum gentium Scriptorem Epigraphicum, e *Scardeonio* vitiosiorem dare potuisse in *Inscriptionibus Agri Patavini*, p. 69. *Sextus Attilius M F. Serra*, et VICENTINOS, sed *Henr. Leon. Schurzfleischium*, *ex lapide inspecto*, vt ait, *Gruterum* corrigere voluisse in *Actis Literariis* s. *Anecdotis Animadversionum in Gruterum*, p. 87. proferentem SERRA, id serio miror.

—— 8. Nihil novi proferre poterant Schedae *Cyriaci*, quod diu iam ante in lucem protulerant edita *Cyriaci Epigrammatia*, p. XIV. n. 97. quo minus res veniae habuit, cum idem e suis schedis in memoriam revocare se posse existimaret *Muratorius* infra, DCCXCII. 2. versu 2. pro ΧΟΛΙΛΟΥ Colilo verisimiliter rescribendum esse iudicat *Ed. Corsinus* in *Fastis Atticis*, *Dissertat.* I. p. 47.

CDLXXII. 2. *Marmor. Felsin.* Sect. V. c. XI. p. 264. Aeque mutilam diu ante descripserat *Fulvius Vrsinus* in *Familiis Romanis*, gente *Axsia*, p. m. 44. vnde *Gruterus*, CC. 5. repetiit, sed postquam *Fabrettus* longe integriorem, X. 18. similemque, IX. 482. e schedis Vaticanis Barberinisue depromserat, instauratores quoque Gruteriani corporis hanc Epigraphen suis incrementorum bonis indotatam relinquere noluerunt, quid igitur laudis et praemii debetur *Muratorio*, cum pro plena truncatam in vsum revocat. Eademne sit, an aliorum hominum memoria, quam inde a *Stolone* demum revivifcere iussit *Maffeius*,

in *Muſ Veron.* CCLXXIII. 1. divinare non auſim. Quoniam vero verſu 7. in verbo *Dicandorum* & *Dedicandorum* variant *Gruterus*, & *Fabrettus*, *meliori iure* inde *IVDICANDORVM* effici poſſe putat *Burmannus*, de *Vectigalibus Pop. Rom.* p. 204. non memor, eamdem plane ſuſpicionem ipſi iam ſubminiſtraſſe iſtud ſimile exemplum *Fabretti*, IX. 482.

—— 3. Ex *Honorati Bouchei Hiſtoria Provinciae* Tom. I. L. III. c. 2. p. 121. et *Petri Iofredi* non *Ioffredi*, vt identidem ſcribitur, *Hiſtoria Nicaeenſi*, c. VII. p. 19. Tom. IX. Part. VI. *Theſ. Ital.* decerptam occupaſſe Sponium iam adnotavi in *Periculo*. a quo noviſſimo perperam explicatas verborum ſiglas: *Quibus ex Sto Cemelenſi Poteſtas eſt*, *Muratorius* recte deſeruit, legi debere ſignificans: *Quibus ex Sčto Congregari* (ſive vt vult *Burmannus* in *Praefatione* ad Tomum IX. *Theſ. Ital.* p. [3.] *coire*, *permiſſum eſt*. Mendoſa vox eſt verſ. 2. PRAESIDATVS pro PRAESIDIATVS.

—— 5. *Hiſtor. Genealogic. domus Sabaudiae*, Tom. I. p. 39. paulo emendariorem poſtea dederunt viri docti in *Ephemeridibus Helveticis*, (Iournal Helvetique) 1739. *Maio*, p. 400. et in *Memoriis Trevoltinis*, 1742. menſe *Ianuario* Art. VII. p. 149. ſequ. *Lettre à M.... ſur une Inſcription trouvée à Talvire*, vnde fortaſſis natum ſibi ius eſſe putavit Muratorius, eandem infra MMXII. 3. rurſus deſcribendi. Nullius ſaltem ſententiae verba verſus 4. EOAM FILIVS commutanda ſunt in EO AMPLIVS, & SERVM in SERVVM,

quem

quem etiam offert *Io. Luc. Zuzzeri* in Diatribe *d'una antica Villa scoperta sul dosso del Tusculo ed' un antico orologio a Sole*, in *Venezia*, 1746. 4. p. 68. Horologium illud capi non posse de hodierno eiusmodi gnomone, quo aeris tinnitu diurnae nocturnaeque horae indicantur, sensus communis docet. Veteribus enim duplex saltem mensurae temporis definiendae genus in vsu fuit, solare, et aquarium, sive clepsydrae, quamquam hoc alterum quoque solarium appellari solebat. Ad prius administrandum stilo aeneo duntaxat opus erat, ad aquarium vero servi ministerio. vid. *Vitruvius*, IX. de *Architectura*, IX. p. m. 392. An vero ad *Pulveris*, vt ait *Muratorius*, h. e. ad harenarum delabentium mensuram definitae olim fuerint horae, vix suspicari licet. Legatur hic valde elegans *Io. Aug. Ernesti de Solariis* Prolusio, in *Opusculis* eius *Philologicis & Criticis*, p. 27.

— 6. Ex *Achillis Bocchii*, Bononiensis, *Symbolicis Quaestionibus* iam depinxerat *Malvasia*, in *Marmoribus Felsineis*, Sect. I. c. VI. p. 47. quem titulum e *Pausaniae Messenicis*, c. 30. p. m. 353. effictum esse non tam suspicatur, quam certa ratione demonstravit *Masfeius Artis Criticae Lapidariae*, L. III. c. I. Can. III. p. 77. cui sane simillimum esse puto alterum illud aheneum Fortunae sigillum ab eodem *Bocchio* descriptum cum titulo itidem spuriae antiquitatis, et e verbis *D. Petri* prima *Catholica*, c. II. 18. consarcinato: οἱ οἰκεται, ὑποτασσόμενοι εν παντι φοβῳ τοῖς δεσπόταις.

— 7. *Dom.* II. 29.

N 5 — 8.

—— 8. ex *Falconerii Auctario Inscriptionum Africanarum*, n. XII. p. 162. *Inscriptionum* eius *Athlelicarum*. cur non potius ex *Gorii Inscriptionibus Florentinis*, Tom. I. p. 27. XXXXIX. qui emendatiorem protulit.

CDLXXIII. 1. *Historia di Padoua*, L. I. Part. I. p. 31. qui per *L. Caecilium Q. F.* intelligendum esse putat *L. Caecilium Metellum designatum Proconsulem Dalmatiae.* Idem fragmentum vidit & descripsit *Schurtzfleischius*, in *Actis Literariis*, p. 87.

—— 5. Si meminisset, diu iam cognitum fuisse lapidem ex *P. Apiano*, CCCXXXI. 2. quem ipsum non satis accurate repetierunt *Gruterus*, CLXXV. 6. & *Malvasia*, in *Marmoribus Felsineis*, Sect. VI. c. II. p. 377. neque vers. 1. *CAMVRII* sed *Caii Amurii*, neque AMPHALE sed OMPHALE, vers. 3. scripsisset.

—— 6. *Don.* V. 26. vbi *Gorius* expressis lacunae signis probabiliter *Tolii* supplere poterat, ibi *Muratorius* his omissis neutiquam, addidit immo lectores inducere potuit, vt pro IVSSERVNT legerent SVSTVLERVNT.

—— 7. *Theatrum Insubricae Magnificentiae Hieronymi Borsaerii* ανεκδοτον, de quo *Onomast.* Parte V. in Appendicula Partis IV. p. 552. non *Comi*, sed *Mediolani* in aedibus Archintorum posuit, qvam vero non modo hic, sed etiam infra MDCLI. 8. e schedis Iovii se primum in lucem produxisse putaverat Muratorius, eam iam ipse *Iovius* in *Historia Novocomensi*, L. II. p. m. 138. Tom. IV. Part. II. *Thesaur. Italiae* dudum evulga-

verat, vbi in fine legimus: HS CIↃ. i. e. Sestertia Mille.

— 8. *Inscript. Selectae*, p. 327.

— 10. e *Iac. Grasseri Antiquitatibus Nemausensibus*, p. m. 1078. T. I. *Thes. Antiqui Salengriani*, & *Gölnitii Vlysse Belgico Gallico*, p. m. 559. dudum decerpsit *Reines.* IX. 50. cuius interpretatio vocis TABVLA, per τὸ TABVLArius explanatae, si omni exceptione maior est, patet vtique hunc titulum ad opus quoddam publicum non pertinere, sed privatim a quodam *Fideli* dedicatam fuisse imaginem *Cintiae Honoratae*. male igitur *Tabula* in Indice *Operum* & *Locorum publicorum*, Classe VI. collocata est.

— 11. vtinam indicasset *Maffeii* librum! Sic de vera tituli scriptura certior factus fuissem. Interim quoniam ovum ovo tam simile non est, quam hoc exemplum superiori, CXXXIX. 5. e schedis *Galeardi* sumto, malo sane versu 4. RESP. in REIPublicae leniter commutare, quam nescio quod RESPonsorum TRIBVNAL cum *Muratorio* comminisci.

— 12. Schedae eius aliquid novi promittunt, sed frustra, nota enim erat legentibus *Mutii Phoebonii Historiam Marsorum*, L. III. c. VIII. p. 207. *Thes. Ital.* Tom. IX. Part. IV.

CDLXXIV. 1. emendatior iam extat apud *Gruterum*, CLXVIII. 8. quem cum ipso lapide videtur contulisse *Gudius*.

— 2. iam dudum quoque *Reinesiani* corporis, II. 19. portio fuit.

— 3.

— 3. *Memorie Bresciane*, p. m. 323. n. 118.

— 5. in G. *Gualtheri*, Inscriptionibus vrbis *Thermarum Himereorum* p. m. 537. CCLXXVIII. *Thesauri Siciliae* Tom. VI. non legitur Q. DICIMIVS, neque Q. DICYMIVS, vt mox inutili, & abolenda repetitione n. 7. sed Q. DICVMIVS. CDLXXV. 1. in Liparae insulae & Brutiorum Inscriptionibus n. CCCLVIII. p. 868. Tom. VII. *Thes. Sic.* quam non modo negligenter descripsit, integrum versum Corinthe-AM IN TEMPLO APOLLINIS MAIORIS omittens, sed etiam diu iam ante cum varietate quadam nominis gentilitii a *Grutero* commemoratam esse CLXXIV. 7. nesciit.

— 2. Haud dubie sumtus est titulus ex *Angeli Historia Parmensi*, post eius mortem *Parmae* edita, quae in oris Batavis rarissima est. Interim contenti simus typo *Doniano* II. 80. vnde verisimilius MVNATIVS *Apsyrtus* quam, *Egnatius* exit.

— 5. *Don.* II. 11. vbi *Gorius* viris doctis explicandum relinquit, quid vox EPIMEDIA significet. Imitaturne Graecorum ΕΠΙΜΕΤΡΑ? quibus denotari possunt accessiones ornamentorum, vel *Intermedia* quaedam, velut *Encarpa*.

CDLXXVI. 1. Si inspexisset *Gudium* CXXIII. 2. sua sponte lectionem *Sacerdoti Caeniensi* repudiasset.

— 2. Ex *Domenici Bonaventurae Matthaei Memorie Istoriche dell' antico Tusculo, oggi Frascati, Roma*, 1711. 4. *p* 90. *vel p.* 36 *Tomi* VIII Part. IV. *Thesaur. Italiae*, et in *Vulpii Ve-*

Veteri Latio Profano, Tom. VIII. L. XIV. c. IV. p. 132. In frusto tubi thermarum haec Epigraphe inventa esse dicitur, cui interpretandae opus est Oedipo. Aliam certe nullam excogitare possum sententiam, nisi hanc: FELIX ARA I. i. e. *Ara Fortunae Tusculanae* IMPerator SERgius *Galba Votum Consecravit*. De Fortuna, quam Galba Tusculi aestivam coluerat v. *Suetonius* in *Galba*. 4. & 18.

— 3. *in Marmoribus Pisaurensibus*. p. 5. XII.

— 4. in *Cyriaci Epigrammatibus* iam vulgata est p. XV. 108. extitit quoque in *Wheleri Itinere Dalmatiae Graeciae* et *Asiae*. Tom II. L. III. p. 417 ed. *Amstelaed*, it. *Spon. Itin.* Tom. II. p. 335.

— 5. *Inscriptionum Florentinar.* Tom. I. p. 105. n. 74. hic tamen spoliata est prioris Lateris titulo, quem vtrumque et *Gruterum* XVI. 12. et *Gudium* X. 9. servasse latuit *Gorium*.

— 6. *Don.* II. 56.

— 7. *Don.* II. 57. idem esse videtur qui apud *Gruter.* CLXXI. 7. & MLXXX. 11.

— 9. In editis *Cyriaci* p. XXII. n. 150. non invenio DEC. DECVR, sed DEC. DECR. i. e. *Decurionum Decreto*.

— 10. Idem videtur esse lapis, qui superior CXXII. 1. sed hic corrupte editus, neque dissimilem haberem *Gruterianum*, CLXXXII. 6. e *Mazochii Epigrammatibus* p. CXVI. 2. descriptum, nisi obstaret ingens diversitas locorum *Malacae* et *Romae*.

— 11.

— 11. legitur quoque apud Abbatem *Capmartinum de Chaupy* dans *la Decouverte de la Maison de Campagne d'Horace* Tom. III, p. 254.

CDLXXVII. 1. *Osservazioni sopra i Cimiteri* L. II. c. IX. p. 445. qui pariter atque *Muratorius* ignoravit, iam diu *Gruteri* industria CLXV. 3. lucem vidisse.

— 2. pace Muratorii versu 1. M. non *Munus* explicarem, sed Marcus, siglam certe ad *Caecilius* trahens.

— 3. vitiosissime descripsit *Capponius*, longe melius, vt recte animadvertit Muratorius, iam olim *Cyriacus* Anconitanus. v. *Commentariorum Cyriaci Anconitani Nova Fragmenta*, *Pisauri* edita. p. 61. n. 164. vbi tamen velim obseruasset, eodem modo iam lectum esse a *Grutero* MCLXXVIII. 1. *Donio* V. 78. et inprimis *Gudio* LXXIII. 1.

— 5. *Inscript Florent.* Tom. I. p. 211: 53. sed extitit quoque apud *Gud.* LXXV. 9.

— 7. fierine potest, vt nesciret, eumdem titulum iam *Gruterum* literis publicis mandasse CLXXXVII. 4 et 12.

— 8. Subtilius descriptam lege apud ipsum *Maffeium*, in *Antiquitat. Galliae* Epist. IV. p. 24. & in *Museo Veronensi.* CDXII. 1. qui cum superiori loco scriberet, *duos hic accipe titulos typis, quod meninerim, nunquam commissos*, non bene sane meminerat. Nam *Menestreius* iam ante emiserat in *Memoriis Trevoltinis* 1704. *Mense Iulio* Artic. 105. p. 1203. et quidem in Epistola quadam: *Lettre du P. Menestrier a Msr. de la Valette President de Thre-*

Thresoriers de France &c. *sur quelques Decouvertes faites à Forvieres*, sed priorem tamen inepte sic expositam: Locandum Lapidem in circo *Sextus. Iulianus Varius*, immo legendum *Sextus Iulius Ianuarius.*

— 9. Eamdem, vt scribit *Muratorius*, *ad marmor ipsum exactum*, denuo inculcavit infra MMXIII. 3. hoc loco ex *Garuffio*, *Lucernae Lapidariae* c. I. p. 26. Tom. VII. Part II. qui cum siglas vers. 3. EXD*e* *Curiones* interpretaretur pro EX *Decreto Civitatis* iure notatus est a *Burmanno* in Praefatione Tom. VII. Thes. Ital. p. [24.]

CDLXXVIII. 1. Incorruptior forma est in *Donianis* II. 17. vbi quales sint vers. 10. *Fistulae* probabiliter *disserentem Gorium* audi.

— 2. *Don.* V. 146.

— 4. v. *Tabulae antiquae Siciliae.* n. 32. 33. 34. 35. p. 216. 217. Tom. VI. *Thes. Siculi* vbi PROCONSVLE. quae verba in IV. Columnarum Epistyliis eleganter caelatis opere Corinthio leguntur, Sciendum autem est, apud *Gualterium* studio et data opera scriptum esse PROCONSVLE non PROCONSVL. neque Muratorio ignotum esse debuisse, eumdem titulum, etsi praenomine L. et nominandi casu *Proconsul* non illibatum, iam olim a *Bartholino* accepisse *Reinesium* II. 22.

— 5. Ita sane retulit *Montefalco*, in *Diario Italico* c. XXVIII. p. 428. n. 23. vocem SERGIVS pro SERG*ia* i. e. tribu male extendendo. (v. Periculum meum) gloriatusque ibi est 432. suum exemplum mendoso *Ioh.* *Lu-*

Lucii Dalmatae typo, in *Inscriptionibus Dalmatricis* n. 12. p. 46. Tomi XIV. *Thes. Siculi* obvio, longe emendatius esse.

— 6. ex *Alphonsi* quippe *Cagnacini Fragmento Antiquitat.* & *Historiae vrbis Ferrariae* ad p. 8. Tom. VII. Part. I. *Thes. Italiae* vbi marmor depictum cernitur. titulus vero bis a *Gudio* LXXV. 7. & CCCXXV. 14. quoad vnam partem iam commemoratus est.

— 9. vid. luculentas eius *Obseruationes* ad *Vitra antiqua* p. 138.

CDLXXIX. 1. *Inscription. Florent.* Tom. I. p. 67. CLXXXV.

— 2. *Opere de Servis*. p. 1145. Tom. III. *Novi Supplementi Thes. Antiqv. Poleni*, cuiusmodi collare non vnum iam occuparunt Sponius, & Fabrettus, tamquam hoc *Spon.*. IX. p. 300. *Fabrett.* VII. 362 & *Fleetwoodus*, p. 332: 1.

— 3. *Inscript. Florentin.* Tom. III. p. 7. sed occupavit quoque *Fabrettus* VII. 359. et siglas D. M. recte iam explicuit per *Dominum Meum*.

— 4. 5. 6. ex eodem *opere de Servis*. p. 1145. 1146. Tom. III. *Poleni Novi Supplementi Thesaur. Antiquitat.* e quibus numerus quartus iam a *Spon.* IX. *Miscell* p. 301. *Fleetwoodo* p. 332. n. 7. & *Fabretto* VII. 365. et quintus a *Sponio* IX. *Misc.* p. 301. *Fleetwoodo* p. 332. n. 6. et *Fabretto* VII. 360. & Sextus, a quarto non divellendus, itidem a *Sponio*. l. l. p. 301. *Fleetwodo* p. 332. n. 7. & *Fabretto* VII. 365. abunde laudatus est. Legendum vtique: *Fugi Euplogio ExPraefecto vrbi* non vt

can-

Cannegieterus vult in *Miscellaneis Observat. Novis* Tom. I. p. 25. *Ex Opere vrbano*

— 7. Don. II. 172.

— 8. itidem ex *Don.* II. 174. vbi *Gorius* meminisse debuisset *Fabretti* VII. 363. quam quam non bene *Leontis* pro *Leonti*, Scriniarii, nomen exhibentis. sic etiam *Reinesius* in *Eponymologico* MSC. voc LEO. huius *Leontis*, qui *Leontius* esse debebat, se memoriam conservasse ait in *Append. Syntagmatis* n. L. sed qui totus collaris eiusmodi titulus edentium operarum fortassis oscitantia periit.

— 9. vidit fane et descripsit *Vignolius* in *Inscriptionibus selectis*, p. 314.

CDLXXX. 1. *Marmor. Brixian.* Class. IV. p. 241. vbi *P. Popilius* non *Popilius*.

— 2. Don. II. 60. legendum forte DOMitia non *Domo*.

— 3. Don. II. 26. vbi nonnihil discriminis cum in versuum ordinatione tum in quibusdam verbis, tamquam *Calcidiaco* pro *Chalcidico* et ἁπλῶς *Novo*, pro *De Novo*. *Gorium* vero *Iunonis Curitis* vel *Curetis* cognomen a Curetibus, vel Corybantibus, Phrygiae populis, frustra repetiisse: oblique demonstravit *Muratorius*. Veram interpretationem pete a *Gudio* ad *Gruteri* CCCVIII. 1.

— 6. *Veron. illustr.* Part. I. p. 351. n. 11. *Mus. Veron.* LXXXIX. 3. repetiit quoque *Donatus* in *Supplemento*, p. 66. 6. versu 5. lege *Staberini* pro *Staberi*, exemplo *Gruteriano* DCCCLXXXII. 14.

— 7. eius *Dissertatione* & *Animadversioni-*

nibus ad Severae Martyris Epitaphium p. 43. 44.

— 8. e schedis *Barberinis* dudum notus erat *Sponio* III. *Misc.* XCV. 3. p. 114. vbi *Pedissimachus.*

— 9. Don. II. 71. obliviosus Muratorius eamdem infra e schedis Scarfi quasi minime vulgatam reduxit.

CDLXXXI. 1. *Inscript. Florentin.* Tom. II. p. 312: 31.

— 2. multo accuratior est apud ipsum *Vignolium*, *Inscript. Selectar.* p. 324.

— 4. Lego *C. Plotius Cissi.* L. *Princeps.* non vt in Indice *C. Plotius Cissil.*

— 5. longe emendatior iam prodierat apud *Gruterum*, CLXXIII. 5. quam vt *ineditam recoxisse* nostrum iam animadvertit doct. *Hagenbuchius Epistol. Epigraph.* p. (22.) vers. 3. pro LONGANIMITATE legendum putabat *Klotzius* in *Vindiciis Horatianis*, p. 195. LONGAEVITATE sed non erat opus. in *Gruteriano* enim exemplo recte legebatur LONGA AETATE.

CDLXXXII. 4. Don. II. 65. verum maiori integritate, ab eodem relatus est V. 65. vna cum verbo plane novo ORDINAVIT S. quod exemplum potius imitari debuisset. Neuter vero & *Donianorum* editor & *Muratorius* cognovit, apud *Gruterum* iam dudum inveniri CXCIII. 1.

— 5. Immo dolendum erat, non sensisse *Muratorium*, antea iam tenebris circumfusam CXXIV. 4. hoc loco obscuriorem corruptiorem-

remque a se reddi. Supra dicitur *Postumia* M. F. *Achitana*, hic *Posthumia M. F. Aciliana* supra: *Signum* hic *Statuam*, supra: *Septenario*, hic *Septentrio*: supra: MARC. T. FABIVS FILIVS, hic MARCIANO ET FABIO SOPERSTES FILIVS, alia magis deformata legimus, quae, vt monstra, sunt inexpiabilia.

— 6. apud *Gruterum* CXLIX. 6, castior, vt recte *Hagenbuchius Epistol. Epigr.* p. 529. animadvertit, ibi enim cognomen ANTHVS non SANTHVS.

— 8. hoc loco e schedis ανεκδοτοις iactatur, infra MCDXCIII. 11. e *Donio* XIV. 68. reciprocatur.

CDLXXXIII. 2. in *Donianis* V. 239. edidit *Gorius*, qui pariter atque *Muratorius* ignoravit, bis iam a *Fabretto* X. 10. & 293. & ex eodem a *Philippo a Turre* de *Colonia Forointuliensi*, in *Monumentis Veteris Antii*, p. 365. recognitum fuisse.

— 5. dudum hanc Epigraphen vidit & descripsit *Smetius* XIII. 5. et ex eo depromtam reddidit *Gruterus* CLIX. 11.

— 7. *Memorie Bresciane*, p. 322.

— 8. in *Commentario* ad *mutilum Campani Amphitheatri* titulum c. IV. p. 107. qui ad h. l. omnino legendus est.

CDLXXXIV. 1. *Don.* V. 151.

— 2. *Histor. Genealog. domus regiae Sabaudiae*, Tom. I. p. 75. Eodem pacto vitiose ex *Pingonio Sponius* II. *Miscell.* p. 36. quod nesciit Muratorius, sed ita tamen vt nonnullas recte expleret lacunas. Bonum autem

factum, nos eam paulo integriorem nunc debere cum Auctoribus *Marmorum Taurinensium*, XX. p. 257. & *Maffeio* in *Museo Veronensi*. CCX. 4. quid *Donatum* impulerit, vt ex *Sponio*, corruptam repeteret, nulla videtur subesse ratio idonea.

—— Eodem postea titulo ad bisellii honorem demonstrandum vsus est *Gorius Inscript. Florentin.*, Tom. III. p. 235 vbi primo versu legi debere suspicatur SENTIO. nec dubitat, quin pravum istud vocabulum A COLO vers. 12. expellatur ab alio, A SOLO.

—— 4. Haec Epistola lapidea, a tot viris monumentorum intelligentibus seu visa & descripta est, tanquam *Cyriaco Anconitano* (vide eius edita a *Morono Epigrammata* p. VIII. 66.) *Iac. Sponio* (*Itiner. Tom.* II. p. 326. & VIII. *Miscell.* p. 279.) et *Georg. Whelero* (*Itiner. Dalmatiae Graec. & Asiatic*, Tom. II. p. 341.) seu relata ex aliis est, velut *Georgio Fabricio*, in *Antiquitatis Monumentis* eius *Romae* subiunctis, p. 22. e Cyriaci haud dubie schedis, et *Fleetwoodo* p. 66. ex *Sponio*, vt eius fidem antiquitatis vix in dubium vocare possis, tametsi ad spurias Inscriptiones amandaverit *Gruterus*, IV. 2. eam fortassis ob caussam, vt suspicatur *Sponius*, l. l. quod *Cyriaci* tum auctoritas nullo iure infamabatur, cuius tamen hodie fidem tutam praestat *Itinerarium* a *Mehusio* editum, (v. *Praefatio* LVI.= LXIII.) Quo loco animadvertere lubet, recentiores *Cyriaco* marmoris contemplatores *Sponium* & *Whelerum* scripturam Y pro

V

V conſtanter retinuisſe, apud plerosque vocabula PROCONS et CVRAT. divulſa poni, ſtultam vero illam vel Cyriaci, et Fabricii, verborum comprehenſionem *Gratias agente Beati* vel Divi *Auguſti Temporis*, in maxime veriſimilem *Fabricii*, *Gruteri* & *Fleetwoodi* formulam commutari oportere: *Gratias agente Beatitudini temporum & moderationi meae Heſperio, quod*

CDLXXXV. 2. Non ſine quaerendi moleſtia Achatem hanc gemmam inveni in *Sertorii Vrſati Monumentis Patavinis* L. I. Sect. III. p. 149. cuius quidem olim dominum fuisſe *Vrſatum*, ipſe hic locus demonſtrat, ſed poſtea Florentiam & in Muſeum Andreinii migrasſe approbat *Gorius Inſcript. Florent.* Tom. I. p. 457. 10. quae fama Muratorio ignota esſe non debuerat. Neutrubi vero SEPTIMAE ſed SEPTVMIAE legitur.

— 3. *Antiquit. Galliae* Epiſt. III. p. 23. ſed praeverterant eum iam auctores *Memoriar. Trevultienſium* A. 1731. menſe Novembri Artic. 117. p. 2017. qui idem ediderunt marmor cum obſervationibus *Bimardi*, ab ipſo earum auctore laudatis ſupra *Disſertat.* I. c. III. p. 10.

— 4. Muſei Kempiani cauſa vid *Periculum* meum. Sed eumdem quoque iam exſcripſisſe titulum *Sponium* VI. *Miſcell.* p. 211. nollem indicare neglexisſet Muratorius.

— 5. Extat nunc in Muſeo Academiae Leidenſis v. *Oudendorpii Deſcriptio Legati Papenbroekiani*, p. 21. num. 22. qui recte iam

a *Gudio* descriptum esse nonumentum LXXV, 6. docet, & cuius fide scimus vers. 1. non ET L. sed TE. L. h. e. *Tiberii L.* & v. 3. non FECER. sed FECIT legendum esse.

— 6. Don. II. 108.

— 7. Integrius hoc exemplum est, quam editum antea a *Gorio* in *Donianis* II. 21.

CDLXXXVI. 1. *Don.* V. 151.

— 3. quid erat, cur titulum e *Donio* V. 61. rursus apponeret, quem, a *Gorio* discere potuerat, iam a *Grutero*, LII. 12. & *Fabretto*, IX. 36. commemoratum fuisse. Sic etiam praesto fuit apud *Franc. Adami* in *Fragmento de rebus gestis in civitate Firmana* L. I. c. 3. p. 3. Tom. VII. Part. II. *Thes. Ital.* Omnium tamen accuratissimum mihi videtur eese exemplum, quod *Iohannes Faber* ex ipsa tabula aenea *Fulvii Vrsini* sumsit in *Commentario* ad *Imagines illustrium* p. m. 26. 27. vbi simul archaicam scripturam AIRE MOLTATICOD pro aere mulctaticio bene defendit.

— 4. *Marmora Pisaurensia* p. 5. n. XIII. ad quem lapidem ipsum vide *Oliverium* in *Notis* p. 27.=32.

— 5. *Histor. Genealog. dom. reg. Sabaud.* Tom. I. p. 40. vbi non *T.* sed *L. Tincius.*

— 6. *Don.* XIV. 21. sed extat quoque apud *Gud.* LXXII. 7. neutrubi praenomen L. omissum est, nomenque mox TETAGENSVS apud *Gudium*, vel TETAGENSIVS apud *Don.* audit.

— 7. Iacobum *Salomonium*, vnum de medio-

dioxumis Epigrammatum curatoribus novi, P. vero, siue, vt suspicor, *Petrum Salomonium* non novi. Retulit quidem *Iacobus e Scardeonio* partem huius tituli in *Inscriptionibus Agri Patavini* p. 104. sed totam hanc trium titulorum compactionem nusquam, quantum sciam. Verum ex solo *Hippolyto Angelerio* de *Antiquitate vrbis Atestinae* p. m. 9. Tom. VII. P. I. *Thes. Ital.* clarissime apparet, tres singulares titulos imprudentissime in vnum conflatos esse. Cuius *Angelerii* fide vers. 1. non M. E. sed M. F. vers. 3. non CORISCHVS, sed CHORISCVS. nec vers. 7. SPERITERON, sed SPERISTEROM quasi *Sphaeristericum.*

—— 8. in *Inscriptionibus Dalmaticis*, n. 8. p. 31. Tom. XIV. *Thes. Siculi.* Sed longe pleniorem emendatioremque habent cum edita *Cyriaci Anconitani*, p. II. n. 20. apud *Nadinum Liburniae* ponentis, tum *Reinesius* e schedis Langermannianis II. 30. quod ignorare vix licebat.

CDLXXXVII. 2. in nonnullis discrepat exemplum *Donii*, II. 78.

—— 3. hoc est ex *Marmoribus Novariae* a *Paulo Gallerato* congestis eamdem recensuit *Donius*, II. 31. et *Iustus Vice Comes*, s. *Ioh. Paul. Mazzuchellius in Dissertatione*, cui titulus: *Coloniae Ticiniae Romanae commentum exsufflatum*, (pro explosum) *Mediolani*, 1712. 8. p. 36. et e Donianis *Gorius Inscript. Florent.* Tom. III p. 235.

—— 4. *Don.* V. 141.

—— 5. *Antiqu. Gall.* Epist. VIII. p. 42.

 quam

quam ipsam Epistolam cum titulo repetiit in *Museo Veronensi*, CCCXXXIX. sequ.

— *Marmor. Felsin.* Sect. III. c. III. p. 104. vbi elegans Tubi plumbei imago, difficultas interpretandi est in vocibus ARCVS NO. NEPOTE. non cogitandum esse puto de Arcu, sed fortassis de nomine cuiusdam villici ARCVSIO NEPOTE.

— 8. *Don.* II. 32. exhibuit quoque *Gudius*, LXXV. 11. ex *Ligorio*, neutrubi sane vitiosum illud P. V. sed P. F. occurrit.

CDLXXXVIII. 2. praestiteruntne schedae editis a Gorio *Donianis*? II. 22. vbi melius vers. 1. VERGINII, vers. 8. EST pro ET et vers. 10. ARITVS i. e. Maritus, pro VRITVS. Eiusdem tituli memoriam renovavit *Maffeius* in *Museo Veronensi*, CCCLX. 5. & *Donianae* & *Muratorianae* editionis immemor.

CDLXXXVIII. 4. quod tituli fragmentum minus accurate descriptum est, vide *Transaction.* Vol. XXIII. No. 278. p. 1129. fig. 1. Notasque *Christoph. Hunteri.* adde: *Ioh. Horslaei Britanniam Romanam*, L. II. ad p. 192. N. 21. qui sic interpretatus est, non satis probabili sententia: . . . *Gallorum* . . . *vota numini eius Principis optimi turribus* . . . . *fundamenta posuerunt sub Claudio Xenophonte Legato Augustali Propraetore curante* . . . .

— 5. duorum in lucem protulerat *Sponius Itiner.* Tom. II. p. m. 330.

— 7. *Hanc dele*, inquit *Muratorius*, in *Erratis vtpote repetitam.*

CDLXXXIX. 1. nonnullis inquinata mendis

dis legitur in *Cyriaci* editis, Ep. XVIII. 125. interim istud eius exemplum Siglas Υ. Β. offert id est Υπὸ βουλῆς.

— 2. supra iam adfuit, CDLXX. 8.

— 5. *Don.* II. 33. cuius editori *Gorio* pariter, atque *Muratorio*, ignotum fuit, *Fabretti* iam industria, X. 524. lucem accepisse.

— 6. inutilis schedarum laus, vbi publicus *Gruteri*, XCIII. 4. et *Gudii*. CCXCVI. 1. visus, qui ambo tamen sola tituli verba descripserunt: picturam vero monumenti dedit *Begerus* in *Thesauro Brandenburgico*, Tom. III. p. 272. vnde iconem mutuatus est *Montefalco Antiqu. Explicat.* Tom. I. Tab. CX. 3.

CDXC. 5. Id fragmentum tituli iam dudum cum quadam verborum varietate promulgavit *Luc. Holstenius* in doctissimis suis in *Italiam Antiquam Cluverii Annotationibus*, p. 121.

— 7. in *Antiquitatibus Hortae*, *Romae* 1723. 4. L. I. c. 8. p. 150.

— 8. Frustra repetitur, cum diu iam locum habuerit in *Reinesianis*, II. 48. ad quem vide ipsum *Reinesium* & *Rupertum* in Epistola ad *Reinesium*, XLI. p. 329. n. 20.

CDXCI. 4. *Histor. Genealog. Sabaudiae*, Tom. I. p. 38.

— 6. v. *Note overo Memorie del Museo del Conte Moscardo*, L. I. p. 89. c. 49.

— 9. *Don.* II. 109.

CDXCII. 4. *Don.* II. 24. in *turri campanaria S. Siri.* Ita *Philipp. a Turre* in Inscriptionibus Aquileiensibus post *Monumenta Veteris Antii*, p. 393. n. 3.

— 5.

— 5. *Inscription. Florentin.* Tom. I. p. 222 : 25 qui itidem non meminerat, iam *Fabretti* opera, VII. 37. lucem aspexisse, neque monumentum ab ipso lucernam fictilem, sed orbiculum quendam nominatum fuisse, cuius appellationis fidem approbare videtur elegans pictura apud *Ficoronium* obvia, in *Le Memorie ritrovate nel Territorio della prima e seconda Citta di Labico*, p. 103. Vel sic tamen dissimulare non possum eumdem titulum, idemque simulacrum lucernae nobis obtulisse *Io. Petrum Bellorium* in observationibus ad veteres lucernas *sepulcrales*, Tom. XII. *Thes. Antiqu. Gronov* ad [83.] quem secutus est *Franc. Blanchinius* in libro raro: *La Istoria vniversale provata con monumenti*, p. 150.

— 7. *Inscript. Florentin.* Tom. I. p. 71. CXCV.

— 9. *Le Memorie Bresciane*, p. 75.

— 10. & quidem ex eius *Observationibus* (*Osservazioni di Francesco de' Ficoroni sopra l'Antichita di Roma*, p. 16. cuius primam vocem ANIA L. etsi *Montefalco* in *Diar. Ital.* p. 111. male interpretatus erat: *Annia Liberta*, tamen suum postea errorem damnavit legendo ANIMAL teste *Io. Georg. Keyslero* in *Itinere novissimo*, Epist. XLIX. p. 676. Tom. I. ed. primae et theotiscae, vti etiam postea optime coniecerat *Dukerus* ad *Florum*, III, X. §. 13. Proinde nollem verecundiae *Montefalconis* vis illata esset, cum prius illud peccatum in memoriam revocaretur infra, MDLXX. 7. cum novo peccato NIHIL ἀντὶ τοῦ NVLLVM.

CDXCIII.

CDXCIII. 1. *Inscript. Florent.* Tom. I. p. 64. CLXXXI.

— 2. nullus schedis honos, vbi edita *Cyriaci*, XXXI. praeveniunt, vnde discimus non iuxta Aulidem quae est Boeotiae, sed iuxta *Daulidem* Phocidis inventum esse marmor.

— 3. v. *Tabulas antiquas Siciliae*, n. 76. p. 226. sed in spuriis habuit *Gualtherus*, cuius iudicio motus *Petrus Carrera* eamdem atro carbone notavit in *Monumentis Historicis vrbis Catanae*, L. III. c. VII. p. 234. Tom. X. *Thes. Siculi*, nescio an iure.

— 4. *Osservazioni sopra i Cimiteri de SS. Martiri*, L. II. c. IX. p. 443. non sani sensus videri possit titulus, ni accessisset ingeniosa *Lupi* in *Epitaphio Severae Martyris*, p. 59. et qui *Lupo* assentitur *Vulpii*, in *Epistola Etrusca* ad P. *Calogeram* in *Sylloge Opusculorum*, Tom. XIX. p. 157. n. 64. interpretatio. Ita enim ait: *Cum* HIRCVS *i. e. Vter ex hircino corio vino* PLENVS *affertur, excitatur* CLAMOR MAGNVS, *et* FILOROM MVRMOR i. e. *Amicorum*, vt ego quidem suspicor, admurmuratio, sive approbatio.

— 5. *Inscript. Select.* p. 317. literis valde capitalibus.

— 7. = 11. Veram sane earum sortium speciem et literarum conformationem dedit *Ioseph. Maria Suaresius*, *Praenestes Antiquae*, L. I. ad c. XX. p. 37. Tom. VIII. Part. IV. *Thes. Ital.* vbi etiam toto c. XIV. p. 17 sequ. de *Fortunae Sortibus*, vnde non dubito, quin suam quoque imaginum similitudinem

nem adumbraverit *Vulpius* in *Veteri Latio Profano*, Tomo IX. Tab. I. ad L. XVI. c. VI. p. 120.

— 9. quarum ſortium idem exemplum dedit *Begerus* in *Theſ. Brandenb.* Tom. III. p. 414. quem vide.

— 10. cuiusmodi tabella aenea iam ad ſortium antiquitatem demonſtrandam e Muſeo Chiſio vſus eſt *Fabrettus*, IX. 530.

— 12. *Inſcript. Florentin.* Tom. I. p. 264.

— 13. dudum vulgaverat *Vincentius Auria* in *Origine & antiquitate vrbis Cephalidis*, c. VI. p. 30. Tom. XIV. *Theſ. Sic.* et ex eo *G. Gualtherus* in *Tabulis antiquis Siciliae* ad n. 296. p. 468. *Theſaur. Sic.* Tom. VI

CDXCIV. 1. quem ſupra ſuo loco, CXXI. 3. eum hic alieno laudavit loco.

— 2. ad *Donii Inſcript.* Praefat. LXXXI. ſequ. vbi veram literarum ſpeciem ipſumque amphorae habitum obſervare licet.

— 3. De antiquitate novitateve huius Epigrammatis inter ſe certare viſi ſunt Grammatici, *Petr. Apianus*, quaſi in baſi vetuſtisſima inciſum retulit, CCXXVI. 2. *Georg. Fabricius* ab *Antiquitatis Monumentis*, cum *Roma* ſociatis, abesſe noluit, p. 164. *Petr. Pithoeus* in *Epigrammatibus & Poematiis Veteribus* pag. editionis meae *Coloniae Allobrogum*, 1596. 12. p. 124. & *Iul. Iacobonius*, ad *Fonteium* de *priſca Caeſiorum gente*, c. III. p. 32. tacite perſuaſum ſibi habuerunt, antiquitatis colorem ipſi denegari non poſſe. Sed *Muratorius* noſter primum hos verſus recentioris fabricae ac-

accusavit, assentientesque sibi habuit *Ioh. Henricum Leichium*, in *Specimine Notarum et Emendationum*, p. 457. sequ. *Miscellan. Lipsiensium Novor.* T. I. & *Io. Gasp. Hagenbuchium Epist. Epigr.* p. [42.] Quantumvis igitur *Petr. Burmannus*, *Pithoeum* secutus, in *Anthologia Veterum Latinorum Epigrammatum*, L. I. p. 54. idem Epigramma recensuerit, tamen *Muratorii* & *Leichii* de eius aetate iudicium videtur probasse.

CDXCV. 2. dudum cognitus lapis literatus e *Grutero*, CC. 7. & *Vinaccesio*, *Le Memorie Bresciane*, p. 241.

— 4. v. *Tabulas antiquas Siciliae*, n. 143. p. 553. *Thes. Sicil.* Tom. VI. sed iam e *Bartholini* schedis protulerat *Reinesius*, II. 42.

— 5. *Le Memorie Bresciane*, p. 242.

— 6. *Bibliothecae Historicae*, L. I. 49. p. 58. ed. *Wesseling.*

— 7. *Antiquitat. Gallic.* p. 189. quam infra, DLXXIII. 3. reducere non erat necesse.

— 8. = CDXCVII. 14. Quoniam haud proclive est certas illas figlinarum sedes apud *Boldettum* in *Coemeterus*, simul & literarum & lectionum sanitatem cognoscere, (nam non vbique exemplarium fidem redditam esse timeo, veluti, CDXCVI. 6. POPEAMBI pro PROPE AMBI*tum*, operae pretium esse iudicavi cum *Muratorianis Boldettianos* numeros non sine quadam studii pertinacia vna cum indiciis *Fabretti*, vbi iam relati erant tituli, sic copulare:

CDXCV.

CDXCV. 8. *Boldetti Observ.* p. 528. 2 humeres, 3.

—— 9 *Boldetti Observ.* p. 528 : 4.

—— 10. *Boldetti Observ.* p. 528 : 5. *Fabrett.* VII. 70. Cuiusmodi imbrex transiisse videtur in Museum illustris *de Mazaugues*, Senatoris Aquisextiensis, vnde eum illustravit *Bimardus de la Bastie* in *Remarques sur quelques Inscriptions antiques.* Tom. XV. *Histor. Ac. Reg. Inscr.* p. 432. & 436. sic interpretatus: *Opus Doliare de Praediis Augustorum nostrorum ex Figlina Vetere Caeciliae Amandae*, *Deliciaris* h. e. *tegula.*

—— 11. *Boldetti Observ.* 528 : 9.

—— 12. *Boldetti Observ.* 528 : 10. *Fabrett.* VII. 205.

CDXCVI. 1. *Boldetti Observ.* 528 : 14. *Fabrett.* VII. 31. *Gori Inscript. Etrur.* Tom. II. p. 391 : 50.

—— 2. *Boldetti Observ.* 529 : 14.

—— 3. *Boldetti Observ.* 529 : 7. *Fabrett.* VII. 286.

—— 4. *Boldetti Observ.* 529 : 9. redit infra, DIV. 9.

—— 5. *Boldetti Observ.* 529 : 11.

—— 6. *Boldetti Observ.* 530 : 1. 11. & 531 : 4. revertitur mox corruptius, CDXCVIII. 23.

—— 7. *Boldetti Observ.* 530 : 2. apud *Fabrett.* VII. 31. plenior, qui leg censet *Ex praediis Quintanensibus*, p. 540.

—— 8. *Boldetti Observ.* 530 : 7.

—— 9. *Boldetti Observ.* 530 : 8. *Donium* melius legere II. 122. ait Muratorius, sed melius *Fabrettus*, VII. 78. quem iam huius figli-

glinae auctorem fuisse etiam Gorius nesciit.

—— 10. *Boldetti Observ.* p. 520 : 12.

—— 11. *Boldetti Observ.* p. 530 : 14.

—— 12 *Boldetti Observ.* p. 528 : 6. *Fabrett.* VII. 198. eadem infra, CDXCIX. 15.

—— 13. *Boldetti Observ.* 528 : 7. Cf. *Fabrett.* VII. 199. cum VII. 271.

—— 14. *Boldetti Observ.* 528 : 8.

—— 15. *Boldetti Observ.* 528 : 11.

—— 16. *Boldetti Observ.* 529 : 6.

—— 17. *Boldetti Observ.* p. 529 : 8. & 531: 12. *Fabrett.* VII. 286.

—— 18. *Boldetti Observ.* p. 530 : 3.

—— 19. *Boldetti Observ.* p. 530 : 4. *Fabrett.* VII. 187. eademque infra D. 1.

—— 20. *Boldetti Observ.* p. 530 : 6. *Fabrett.* VII. 199.

—— 21. *Boldetti Observ.* p. 530 : 9.

—— 22. *Boldetti Observ.* p. 531 : 14.

—— 23. *Boldetti Observ.* p. 531 : 1. *Fabrett.* VII. 214.

—— 24. *Boldetti Observ.* p. 531 : 5. Conf. *Fabrett.* VII. 295.

—— 25. *Boldetti Observ.* p. 531 : 8.

CDXCVII. 1. *Boldetti Observ.* p. 531 : 9.

—— 2. *Boldetti Observ.* p. 532 : 2. vel. 3.

—— 3. *Boldetti Observ.* p. 532 : 4. *Fabrett.* VII. 164.

—— 4. *Boldetti Observ.* p. 532 : 6. Eadem mox, CDXCIX. 4. et diu ante in *Fabrettianis*, VII. 344.

—— 5. *Boldetti Observ.* p. 532 : 12.

— 6.

—— 6. *Boldetti Observ.* p. 532 : 10. *Fabrett.* VII. 185.

—— 7. *Boldetti Observ.* p. 532 : 14. *Fabrett.* VII. 159.

—— 8. *Boldetti Observ.* p. 532 : 15.

—— 9. *Boldetti Observ.* p. 531 : 2.

—— 10. *Boldetti Observ.* p. 532 : 2.

—— 11. *Boldetti Observ.* p. 531 : 6.

—— 12. *Boldetti Observ.* 532 : 5.

—— 13. *Boldetti Observ.* 532 : 7.

—— 14. *Boldetti Observ.* 532 : 9. *Fabrett.* VII. 248. eademque mox CDXCIX : 32. Ceterum haud inutile hoc loco erit, Lectores monere, *Fabrettum* toto capite VII. *Antiquarum Figlinarum* titulos congessisse, quem *Muratorius* non videtur inspexisse. Simul in consilium vocari velim Scriptores de tegulis antiquis, earum inscriptionibus, & usu, a *Dan. Nesselio* in *Additamento* V. *Appendicis Catalogi Bibliothecae Vindobonensis* p. 180. n. 8. laudatos.

CDXCVII. 15. *Don.* II. 130. *Gori Inscript. Florentin.* Tom. II. p. 325 : 121.

— 16. *Don.* II. 119. nescíit *Gorius*, iam a *Grutero* accepisse lucem CLXXXIII. 11.

— 17. extitit iam apud *Gruter.* CLXXXIII. 10. & *Gorium Inscript. Florent.* Tom. II. p. 326 : 125.

— 18. dudum servata erat eius memoria a *Grutero* CLXXXIV. 11. & *Fabretto*. VII. 155.

— 19. varie refertur idem titulus non modo apud *Don.* II. 129. sed etiam apud *Fabrett.* VII. 325 et paulo post apud nostrum D. 13.

— 20.

— 20. *Veter Latii Profani* Tom. IV. L. VI. c. 5. p. 69. ex Figlina *Vicciana*, quae alicubi etiam laudatur ap. *Fabrett.* VII. 358. et *Murat.* DII. 1 male interpretatur *Vulpius*: *Contegunt Cadaver Rutiliae Lucii filiae Ocratis.*

— 21. apud eumdem *Vulpium* l. l. & Tom. VIII. L. XIV. c. VIII. p. 215. Fortasfis idem eft titulus, quem in figno Figlinae repertum esfe ait *Fabrettus* I. 124.

— 22. *Infcription. Florentin.* Tom. I. p. 314: 60. Opiliae nulla mentio in Indice.

CDXCVIII. 2. *Infcr. Florent.* Tom. 1. p. 442. 69. extat quoque ap. *Don.* II. 132.

— 3. ibidem apud Gor. Tom. I. p. 442. 70. & ap. Don. II. 133. fed legebatur quoque iam apud *Fabrettum*, VII. 289. atque redit fruftra paulo poft D. 25. Una illa de figlinis Praediorum *Plotinae* Aug. ex Boldetto, cuius meminit *Muratorius*, eft CDXCVI. 17.

— 4. v. *Boldetti Osfervazioni fupra i Cimiteri* L. II. c. XVIII. p. 572.

— 5. ibidem p. 534. & 574. fed cognita iam fatis erat *Fabretto* VII. 250.

— 8. prodierat iam ex autographo *Doniano* in *Donianis*, II. 121.

— 9. non alia fimilis, vt *Gorius* vult, fed vna eademque apud *Donium*, II. 120. quae apud *Gruterum* CLXXXIII. 12. dudum nobis innotuerat.

— 11. iam *Fabretti* titulorum erat porticuncula VII. 45.

— 13. neque ignota fuit *Fabretto* VII.

90. Epigraphe, si nominis *T. Canideni* discrimen excipias.

— 14. eadem quoque a *Fabretto* VII. 33. literis mandata est., nulla suberat ratio, cur mox CDXCIX. 32. reverteretur. Similem vidi olim figlinam apud *Spexium* Hagae Comitum.

— 15. CAVPION. legendum forte CAEPIONianis, arg. *Fabretti* VII. 124. & ipsius *Fabretti* adnotationem ad VII. XV. p. 511. Vereor, ne duo hic diversi tituli in vnum conflati sint. vid. *Fabrettum* VII. 327. 328.

— 16. huius quoque operis doliearis servata iam memoria erat a *Fabretto* VII. 38. vbi tamen non ARISTI sed APISTI nomen editur.

— 17. dudum opera & studio *Fabretti* prodierat VII. 294.

— 18. 19. neutra quoque fugit *Fabrettum* VII. 48. et 293.

— 20. vti etiam haec eumdem *Fabrettum* VII. 67. & paulo ante *Sponium* IX. *Miscell.* p. 302. nacta est editorem.

— 21. lux eius iam debebatur *Fabretto* VII. 304.

— 23. corrupta inscriptio, sed restitui, meo quidem iudicio, ex *Fabretto* VII. 68. & 69. sic potest. *L. Bruttidius Augustalis Fecit opus doliare ex Figlina Ocea Minori Caesare Nostro & Paeto COSS.*

— 24. valde displicet *Ex Figulinas Veteres.* saniorem dabit *Fabrett.* VII. 346. *Ex Figulina L. Veteris.*

CDXCIX. 1. 2. Ambae iam lucem vide-

iunt

runt apud *Fabrettum* VII. 57. 58. alteram quoque vidi apud *Spexium*, Hagae Comitum.

— 4. paulo ante CDXCVII. 4. commemorata nunc cum fastidio redit.

— 7. Praeivit *Fabrettus* VII. 156.

— 9. Idem VII. 88. eodem titulo ornatam vidi apud *Spexium* Hagae Comitum.

— 12. vnica litera T. plenior ap. *Fabrettum*, VII. 204. certissime ARIGNOTI nomen persuadet. Idem titulus Tusculi in circuitu sigilli legitur CN. DOMIT. AREGNOT & in medio AFEC, quem e schedis *Lupi* retulit *Vulpius*, Tom. VIII. *Veteris Latii Profani*, Tom. VIII. L. XIV. c. V. p. 155. n. XXIII.

— 13. 15. Figlinae Domitianae Maiores & Minores iam ex superioribus titulis CDXCVI. 12. 13. cognoscebantur: ipsiusque tituli formula vers. 1. emendatior est apud *Fabrettum* VII. 198. FL. DOMITI. i. e. *Flavii Domitiani*, atque vitiosa PL DO. Similem *Tusculi* descripsit *Vulpius* in *Veteri Latio Profano*, loc. modo ante laudato n. XXII.

— 17. Quid opus erat eumdem a *Fabretto*, VI. XXIV. & VII. 202. bis relatum, non modo hic sed etiam mox DI: 3. repetere?

— 18. bis descripsit *Fabrettus*, primum cum sistri imagine, VI. 176. alterum cum capite Minervae, VII. 206. similem itidem olim apud *Spexium* vidi Hagae Comitum.

— 19. minus accurate retulit. versu enim secundo *Fabrettus* VII. 201. habet CN D A

addiditque notanter haec: *in medio, repetito per notas Domitii Amandi nomine.*

—— 20. dudum accepimus eum a *Fabretto* VII. 62. & 63.

—— 22. cognomine FLORENT*ini* auctiorem nobis obtulit *Fabrett.* VII. 228.

—— 23. emendatius hoc Muratorii exemplum esse videtur quam *Fabretti.* VII. 223. legendumque *Opus Doliare* FAD*ii* EVHE*meri.*

—— 24. Eadem Epigraphe, quae dudum antea *Fabretti.* VII. 240.

—— 25. vti etiam haec *Fabretti* VII. 242.

—— 26. *Vicciana* forte est figlina *Zosimi*, & opus doliare *L. Iulii Rufi*, quod collocatio nominum videtur indicare, vti hoc loco, sic paulo post DII. 1. praepostera tamen est apud *Fabrett.* VII. 358.

—— 27. corrupta esse videtur. Sanior contra *Fabretti* VII. 247.

—— 30. non tantum hoc loco post *Fabrettum* VII. 253. sed etiam infra MMXIV. 8. inaniter redire iubetur.

—— 31. antea quoque fuit *Fabretti* VII. 265.

—— 32. Sic etiam PEREDIS pro PRAEDIIS apud *Fabrettum*, VII. 248. &, quis credat? paulo ante CDXCVII. 14. locum suum occupaverat.

D. 1. supra iam adfuit CDXCVI. 19. diu praeeunte *Fabretto* VII. 187. interpretandusque est, meo quidem iudicio, titulus: *Opus*

Opus Doliare Ex *Praediis* LVCILLAE VERI FECit MERCator CLaudius QVIN*quatralis*.

—— 2. *Fabrett.* VII. 182.

—— 3. forte emendatius apud *Fabrettum* VII. 339. legendumque *Ex Figlinis Tonneianis ab L. Licinio Felicis (Servo.)* factum opus doliare.

—— 4. *Fabrett.* VII. 266.

—— 5. *Fabrett.* VII. 172. legendum: *Domitiae Lucillae.*

—— 7. *Fabrett.* VII. 302.

—— 9. apud eumdem VII. 297. in promtu fuit. Similem quoque protulit *Io. Dan. Schoepflinus* in *Alsatia illustrata* Tom. I. p. 512.

—— 10. forte eadem est quae *Fabretti* VII. 317. Sigilli certe figulini eam in thermis Diocletianeis se exscripsisse ait *Lupus*, in Dissertatione ad *Epitaphium Severae Martyris.* p. 59.

—— 13. quid attinebat eamdem paulo ante CDXCVII. 19. relatam rursus inculcare?

—— 14. *Fabrett.* VII. 8.

—— 15. *Fabrett.* VII. 334. eademque mox redit DI. 1.

—— 16. *Fabrett.* VII. 328.

—— 19. *Fabrett.* VII. 316.

—— 20. Fortassis eadem quae supra CDXCVIII. 16.

—— 21. *Fabrett.* VII. 333. In aede D. *Constantiae* locavit *Ciampinus* de *Sacris aedificiis* c. X. p. 136. Eumdem vel similem imbri-

DIV. 5. *Inſcript. Florentin.* Tom. II. p. 825: 122. & *Donio* II. 126.

— 6. *Inſcript. Flor.* Tom. II. p. 325: 123. *Don.* II. 136.

— 9. ſupra adfuerat CDXCVI. 4. ſed alio cognomine *C. Cominii Sariniani*, ſi modo neutrubi vacillet fides. Nam *Fabrettus* VII. 101. et *Ciampinus* de *ſacris aedititiis Conſtantini* c. IX. p. 129. ediderunt C. Comini SABINIANI.

— 10. *Fabrett.* VII. XXIV. p. 521. & n. 387. vnde corrigenda illa nihili vox: RONORVM, adde *Gud.* XCVI. 3. 4.

— 12. *Don.* II. 124. & *Gori Inſcript. Florentin.* p. 326: 124.

— 13. Similis quidem ſuperior titulus, CDXCVIII. 11. non tamen idem, qui etiam a *Fabretto*, VII. 44. vt diverſus ſecernitur. Interim v. *Don.* II. 131. vbi *Gorius* neſciit, iam a *Fabretto* proditum literis eſſe.

— 14. *Don.* II. 133. itidem lectores admonere neglexit *Gorius*, iam in *Fabrettianis* legi VII. 305. legi.

— 15. *Don.* II. 159.

— 16. *Don.* II. 169. olim Muſei *Pauli Petavii Antiquariae Supellectilis Portiunculae*, p. 1018. *Novi Theſ. Salengriani.*

— 17. *Don.* II. 147. neſciente *Gorio*, in *Fabretti* iam corpore, VII. 403. apparuiſſe.

— 18. *Don.* II. 149.

DV. *Don.* II. 150.

— 2. *Don.* II. 151. non adnotante rurſus *Gorio*, a *Fabretto* iam literis proditum eſſe, VII. 402.

— 3.

— 3. 4. 5. 6. *Don.* II. 111. — 114. in his quartam dudum memoriae proditam esse a *Fabretto*, II. 170. animadvertit *Hagenbuchius Epist. Epigr.* p. 460. sed oblitus erat monere, hoc opus doliare paulo ante ab ipso *Muratorio* integrius descriptum esse.

— 7. *Don.* II. 117.

— 8. *Don.* II. 134.

— 9. *Don.* II. 135. quae Epigraphe fortassis emendanda est ex *Fabretti* typo VII, 89. *Ex Figlinis Caesaris N.* CAMILLIANIS.

— 10. *Don.* II. 137.

— 11. *Don.* II. 146. vbi mirum, *Gorio* in mentem non venisse, vt observaret id tituli frustrum esse particulam *Fabrettinae* figlinae, VII. 131. adeoque *Muratorianae*, CCCXXXVI. 1.

— 14. *Don.* II. 19.

— 15. *Don.* II. 34, accuratius tamen descripsit *Maffeius*, in *Museo Veronensi*, CDXXVIII. 1. . . . . IVS *M. F. Pap. Longinus IIvir Bis PRAEFECTVS.*

— 16. *Don.* II. 9. Si quis contenderit huius fragmenti loca *Murator.* CDLXX. 5. D. V. 16. et DCCLXII. 1. vix vnius eiusdemque argumenti esse dubitaverit.

— 18, ediderat ipse *Petrus Marcellinus Corradinus* in *Veteris Latii Sacri & Profani*, L. II. c. 1. p. 5. vbi vers. 5. pro VI. legitur VIA propterea expleri potest VIAm.

— 19. *Don.* II. 36.

DVI. 1. Praefecti cohortis *Primae Equitatae*

tae Civium Romanorum non fit mentio *Grut.* MVIII. fed MCVIII. 5.

—— 2. quomodo ex eodem, cum antegrediantur fchedae *P. Cattanei?* fed refpexit haud dubie ad *Donium*, vbi II. 54. hoc fragmentum extat. Non inutile futurum fuisfet, fi *Gudium* quoque, LXXV. 2. et *Io. Koolii* adnotationem, p. IV. in confilium vocasfet. Sic verf. 1. fupplere potuisfet PANIVS & verf. 5. non MVPRVNI, vel MVPRINI, fed MVRRVNI, quafi MYRRINI fortasfis probasfet.

—— 3. *Infcript. Florent.* Tom. II. p. 412 : 16.

—— 4. Ibidem Tom. II. p. 384 : 15.

DVII. 1. Fierine potuit, vt fcriberet *Vicum Iovis Fagutalis nunc primum emergere* cum hoc tituli fragmentum non femel antea a *Sponio* & *Fabretto*, vt in *Periculo* indicavi, lucem acceperit: addatur quoque *Sponius* in *Ignotorum Deorum aris* apud *Gronovium*, in *Thefauro Antiquitatum Graecar.* Tom. VII. p. 240. quid igitur caufae fuberat, cur *Donatus* in *Supplemento*, p. 61 : 1. idem typis renovandum cenferet?

—— 2. & *Veteri Latio Profano*, L. IV. c. III. Tom. III. p. 40. quomodo vxor Commodi cum Vefpafiano iungi posfit non intelligo, nifi hic et illa diverfis temporibus aquaeductus partes vel inftauraverint, vel exornaverint.

—— 3. ex eodem *Vet. Latii Profani*, L. IV. c. III. p. 32. Tom. III. qui aram fuisfe fus-

ſuſpicatur, in qua Antii dedicatio facta fuerit.

—— 4. ex *Margarini Inſcriptionibus Antiquis Baſilicae S. Pauli ad Viam Oſtienſem*, p. XIV. 190. cuius lacunarum ſupplementa ipſis ſubinde tituli verbis immiſcuit Muratorius.

—— 5. ex eodem, p. IV. 32. ſic mihi videtur legendus eſſe: *Euſebius vir Clariſſimus & Illuſtris Praefectus vrbi Viam cum ſemitis reparavit.*

—— 6. OVF. non reddendum eſſe exiſtimaverim per OVF*entinam* tribum, ſed per QVinti *Filium*.

—— 7. Huius monumenti vera imago extat in fronte magnifici operis *Ruinarum Caſtelli Aquae Juliae (Del Caſtello dell' Aqva Iulia) Io. Baptiſt. Piraneſi*, 1761. fol.

—— 8. quod tituli genus etiam in *Inſcriptionibus Variis Muſei Veronenſis* ſui p. CCLVII. 6. non praeterniſit *Maffeius*.

DVIII. 2. Nolo cramben bis coctam apponere, propterea ad n. 1. velim inſpiciatur *Epiſtola* mea ad ampliſſ. *Wynium*, p. 42. ad n. 2. *Epiſtolae*, p. 44. ſ. ad n. 3. *Epiſtolae*, p. 37. ad num. 4. Epiſtolae, p. 40. ſ. & ad num. 5. tum, eiusdem Epiſtolae, p. 47.

DIX. 2. Huius monumenti nuncium ipſe Comes *Carolus Silveſtrius* impertivit *Calogerae* expoſita narratione: (*Ragionamento ſopra un Quadro di cotto con caratteri ignoti. ritrovato nelle valli di Gavello Territorio d'Adria*) in *Sylloge Opuſculorum Scientificorum & Philologicorum*, Tomo XVI. p. 343. ſequ. nec non ſuis Academiae Cortonenſis Collegis *Octavius*

Bocchius in Dissertatione de Theatro antiquo, quod Etruscum esse contendunt, (*sopra un antico teatro creduto Etrusco*, in *Saggi di Dissertazioni Accademiche*, Tomo III. p. 67. sequ. Tab. V. vel sic tamen spurium & ineptum risisse videtur *Scipio Maffeius*, in *Museo Veronensi*, p. CLXXV.

DX. 1. Similis fidei & auctoritatis esse videtur alter hic lateris titulus e duobus in vnum conflatus, vt ex pictura eorumdem Actorum *Cortonensis Academiae* l. l. Tab. VI. et VII. cognoscitur.

DXI. 2. Ipse iam typis descripserat *Franc. Ficoronius*, in *Personis Scenicis* (*Maschere Sceniche degli antichi Romani*) c. 56. p. 151.

—— 3. Bonum factum, Muratorium nostrum vidisse, & descripsisse. Corrupte enim dedit *Iacobus Zabarella*, in *gli Arronzii overo de' Marmi Antichi*, p. 20. sic etiam optime *Muratorius* per Collegium *Arenariorum* intellexit eos, qui ex fodinie arenariis materiam operibus Romanis idoneam comparabant.

—— 5. *Don.* V. 163. vbi *Lucullana*, XV. vero 48. *Lucana*, vel sic tamen *Muratorius* infra DCCXVII. servavit LVCVLANA.

DXII. ante n. 1. omisit *Collegium Bractea-riorum* cuius certissima est memoria in lapide *Doniano*, IX. 1.

—— 1. ex *Donio*, IX. 19. addatur *Vulpii Epistola Etrusca*, in *Opusculis Scientificis & Philologicis*, Tom. XIX. p. 117. in causa appellationis *Capulatorum* non laborasset *Muratorius*, si verisimilis *Fabretti* ad c. II. n. 175. p. 115. interpretationis recordatus esset.

—— 2.

—— 2. *Inscription. Florentin.* Tom. II. p. 347.

—— 3. *Don.* V. 189. sed *Gudius* quoque retulit, CCVII. 8.

—— 5. edita iam in *Marmoribus Brixianis*, p. 258. negligenter tamen hic omisso M. praenomine *Cornelii Proculi*.

DXIII, 1. *Don.* IX. 4. sed est tamen praenomine *Sex.* plenior apud *Gudium*, CCVII. 6.

—— 2. ita quidem legitur apud *Ioseph. Malatestam Garuffium* in *Lucernis Lapidariis*, c. I. p. 11. Tom. VII. Part. II. *Thesaur. Ital.* sed mendis inquinato titulo. *Burmannus* propterea in praefatione ad illum Tomum p. [24.] eius morbos sanare conatus est, verum incertis coniecturis. Longe emendatiorem obtulit *Donius*, V. 127. quam si in memoriam sibi revocasset *Muratorius*, neque hoc loco magis ignotum *Fascelii* pro *Faestellio* nomen ex suis schedis induxisset, neque infra eamdem Epigraphen, DCC. 3. *e schedis Farnesiis* renovasset.

—— 3. diu iam ante cum a *Grutero*, MXXI. 4. tum *Gudio*, CCVII. 3. relatum esse opportune docuit *Hagenbuchius*, p. 156. 157.

—— 4. *Vinaccesii* iam *Marmora Brixiana* dederant, p. 257: 20. magis tamen Muratoriani exempli L. FIL. quam illius F. FIL. placet.

—— 6. *Le Memorie Bresciane.* p. 320: 95.

DXIV. 1. Quod consulum par exemplo Muratoriano maiorem prae *Gruteriano* dignitatem asserere potuisse videtur, id tamquam pror-

prorsus insolens ab omnibus Fastorum auctoribus fastidiri & repudiari debet.

—— 2. Non semel iam praeter *Donii* operam in eo describendo bis collocatam, V. 216. & IX. 25. vel a *Grutero*, CLXXV. 7. vel a *Vinaccesio*, in *Marmoribus Brixianis*, p. 252: 4. vel a *Gorio* in *Inscriptionibus Florentinis*, Tom. II. p. 308. commerata est.

—— 3. Neque hanc denuo referre post *Sponium*, vt in *Periculo* iam indicavi, cuiusquam intererat.

DXV. 1. *Vinaccesius* in *Marmoribus Brixianis*, p. 256. 257. duplex, & sibi paene par tituli exemplum sic descripsit, vt vnius eiusdemque lapidis, an diversi fuerit, liquido definire non possis.

—— 2. *Don.* IX. 32. Eamdem lectionem vers. 2. REPENTINI & vers. 6. MARTINORVM nobis persuasit *Vulpius* in *Veter. Latii Profani*, Tom. X. Part. II. L. XVIII. c. XIX. p. 683. sed minus verisimiliter per *Augustalium Martinorum* voces intelligit *Augustales Martis*, qui Augustales omnium antiquitatis interpretum consensu nulli esse possunt alii, quam Augustorum, et fortassis etiam Augustarum.

—— 3. h. e. *Mutii Phoebonii Historia Marsorum*, L. III. c. 111. p. 96. Tom. IX. Part. IV. *Thes. Ital.* cuius exemplum cum non iniuria fastidierit Muratorius, mirari sane nos oportet, cur idem corruptius, et magis hians, ex *Corsignani Inscriptionibus Marsicanis* infra, DCCXXX. 4. redintegraverit.

— 4.

— 4. *Don.* IX. 5.

— 6. immo *Vinaccesio Marm. Brixian.* p. 256 : 16.

DXVI. 1. Ex eodem, p. 254 : 10.

— 2. *Don.* IX. 10.

— 3. Supervacaneae ad novitatis fidem sunt schedae, vbi librorum editio anteierit. Iam semel iterumque eius tituli promulgatio facta est non tamen sine lectionis varietate, quam breviter apponere liceat, vers. 1. legitur FVRNIANO. vti in alio simili *Don.* V. 112. & *Murator.* DCLXXXII. 6. sed *Gruter.* MXCI. 12. EVRIANO, quod tamen *Reinesius* in *Epistol.* ad *Hofmannum*, XXV. p. 95. commutat in FVRIANO, male propterea servavit EVRIANO *Marc. Velserus* in *Monumentorum Augustanorum Supplemento*, p. 139. *Amoenitat. Literar. Schelhornii*, Tom. V. *Ioseph.* contra *Malatesta Garuffius* in *Lucerna Lapidaria*, p. 18. vel p. 8. Tom. VII. Part. II. *Thes. Ital.* FVRIANO. vers. 2. notam PP. male censor in *Actis Eruditor. Lipsiens.* 1693. mense Augusto, p. 349. reddidit per *Primipilum*, ἀντὶ τοῦ Praefecti vel Praepositi, notatus propterea a *Burmanno* in Praefatione ad Tom. VII. *Thes. Ital.* p. [23.] vers. 2. LEG. I. ITAL. *Grut.* LEG. III. ITAL. *Garuff.* LEG. IN. ITAL. ibidem: IIVIR I. D. *Grut.* Et *Garuffius*, II VIR QVINQ. IIVIR I. D. vers. 6. COLLEG. FABR. *Grut.* & *Garuff.* COLLEG. CENTONARIOR.

— 4. *Vinaccesio Marm. Brix.* p. 253 : 7.

— 5. *Don.* IX. 37. *Gor. Inscript. Florent.*

rent. Tom. II. p. 93 : 2. quem infra demum, DCLXXXVIII. 7. auctorem sequitur.

— 6. *Don.* V. 215. paulo post *Donium* eumdem lapidis titulum ex eodem fortassis Codice scripto decerpsit *Gudius*, CXXV. 3. Interpretationem siglarum V. F. *Viro Fidelissimo* approbat index Gruteri *Scaligeranus*.

— 8. infra CMLX. 4. ex *Maffei Antiquitat. Galliae* Epist. XVI. p. 80. recurrit. *Tollius* in *Fortuitis*, p. 313. L. praenomen *Iulii Trophimi* male omisit.

DXVII. 1. Obscurissime indicatae argumentorum sedes. *Duillius* ille est *Raymundus Duellius* cuius *Lucubratio Epistolica*, p. 15. n. III. et *Maffei Observationes Litterariae*, Tom. I. p. 190. n. 50. *Marci* cognominis fidem praestant.

— 3. *Don.* V. 56. recte ibi monente *Gorio*, iam apud *Fabrettum*, IV. 115. reperiri.

— 6. Melius fortassis fecisset autographum *Vinaccesii* exemplar, vtut mancum & deformatum (*Marm. Brixian.* p. 294 : 19.) imitari, quam, quae voluit et potuit ex illo decerpere, adeoque coniectoribus liberam divinandi facultatem adimere.

DXVIII. 1. *Marmor. Brixian.* p. 264 : 16.

— 2. Siglarum E. M. V. interpretationis iam auctor fuit *Scaliger* in Indice *Gruteriano*, c. XX.

— 5. *Vulpii Vet. Lat. Profan.* Tom. IV. L. VI. c. VI. p. 74. Apud *Mutium* vero *Phoebonium* in *Historia Marsorum*, L. I. c. XI.

p.

p. 40. *Thes. Ital.* Tom. IX. P. IV. alia versuum series: legiturque AEL. VERNVS.

DXIX. 2. Vt sciatur, vbi diversitas illa corporis Robustariorum legatur, inspice *Don.* II. 27.

— 3. *Don.* IV. 20. vbi Gorium fugit priorem partem iam apud *Sponium*, II. Art. XI. p. 60. descriptam fuisse. Neque enim existimaverim, hoc tituli exemplum *Doniarum* vnius esse lapidis, sed trium singularium, primam *M. Vetti Secundi* partem. *Guichenonius* in *Historia Sabaudiae*, Tom. I. p. 51. sigillatim recensens legit vers. 2. vti *Sponius*, COLL. FABR; alteram *C. Stertinii Maximi* itidem disiunctim, pro quo male habet Guichen. STRITINIO sed pro A... ARIA.. versus *Muratoriani* 9. melius expressit AE ARIMILLAE: tertiamque *P. Laetilii* pariter seorsum posuit quod recordari debuisset Muratorius, quoniam iam supra hanc particulam ex *Guichenonii* fonte, CXC. 5. hauserat.

— 4. *Praenestes Antiqu.* L. I. c. 27. p. 47. Tom. VIII. Part. IV. *Thesaur. Ital.* & ex eodem *Vulpius, Vet. Lat. Profan.* Tom. IX. L. XVI. c. VIII. p. 179.

DXX. 2. *Don.* V. 205. Eumdem quoque lapidem vidit et descripsit *Hieronym. Borsaerius* in *Theatro Insubricae Magnificentiae ἀνεκδότῳ*. L. VI. per *vtrumque florem*, vers. 6. intelligens *coenae genus*, quod *modo florem*, *modo herbam dixerit*. Male l iudicio *Graevii*, cuius schedas inspexi.

— 3. *Don.* IX. 16. cuius editori, *Gorio*

vel faltem Muratorio incognitum fuit, antea iam a *Sponio* II. *Misc.* p. 58. *Fabretto*, X. 405. *Gudio*, CCVII. 2. et *Vulpio Vet. Lat. Profan.* Tom. VI. L. XI. c. VI. p. 203. nomine IVLIO pleniorem evulgatum esse.

— 4. *Don.* V. 17. Magis crediderim *Oliverio* in *Marmoribus Pisaurensibus*, n. XXXVIII. p. 17. qui cum ipsum marmor sub oculis haberet, legere nos iussit: C. MVTRIO C. F. PAL. QVINTO SEVERO ceteraque ambiguae lectionis ad h. l. commode illustravit, p. 121. 122.

— 6. ita dudum restituerat *Vghellus* in *Italia Sacra*, Tomo II. in *Tolentinis Episcopis*. p. 770. it. *Francisc. Dynus* in *Dissertatione* de *Antiquitatibus Vmbrorum*, c. IX. p. 46. Tom. VIII. Part. I. *Thes. Ital.* emendatiorem quoque dedit *Breval*, *Remarks on Several Parts of Europe*, Tom. II. p. 229.

— 6. *Inscription. Florent.* Tom. I. p. 310: 51.

DXXI. 1. Don. IV. 6.

— 2. Recte animadvertit *Hagenbuchius* in *Epist. Epigr.* p. 449. non modo hunc titulum perperam iactari primum e schedis prodeuntem, qui iam *Reinesio* X. 13. quamquam falso sub nomime *Epagathi*, & *Fabretto*, IV. 529. reddito ipsi *L. Pacatii* nomine dudum cognitus erat. sed etiam eumdem bis commemorari, DCCXXXI. 2. Quantae incuriae levitas ideo nollem exprobrari posset Muratorio, quoniam Epigraphe post integram valetudinem neutrubi sana prodierat. Praeter vitiosum enim nomen P. LACATO? quid

SOL-

SOLLIATO? quid CAPENATORVM? quid AVGVSTARVM EIVS CANOR. rel. Gratiam contra debemus *Donato* in *Supplemento* p. 170. 2. quod restitutam consulatu *Rustici* & *Aquilini* auxit.

— 3. Hoc quoque tituli exemplo non indigebamus post quadruplicem *Mazochii* in *Epigramm.* p. XC. & CXXXX. *Aldi Manutii* in *Orthographia*, p. 53. voc. *Aquilius.* *Gruteri* CCCLX. 2. & *Fabretti* VI. 34. incorruptam editionem.

— 5. *Don.* IX. 15.

DXXII. 1. Si vir ille doctissimus *Rykl. Michaël Van Goens*, qui *Epistolam Criticam* de *locis quibusdam M. Val. Martialis ad Antonium de Rooy*, Trai. ad Rhen. 1764. 8. scripserat, Muratorii Thesauro familiariter vsus fuisset, hanc profecto priorem marmoris tabulam, Nominibus Collegii Fabrum insignem, non tanta gloriatione, vt antea minime editam, celebrasset, cum p. (5.) scriberet: *Nos, ineditum proferemus, idque praestantissimum marmor, depromtum e volumine MSC. Inscrizioni antichi Manoscritti Fol. quod in Italia collectum primum I. Wittius, dein Graevius, nunc Cel. P. Burmannus Secundus possidet.* rel. Illarum tamen chartarum fide vers. 16. CORNELIANVS & vers 18. BISELLIARIVS legerim.

DXXIII. 2. *Malvas. Marm. Felsin.* Sect. IX. c. I. p. 542. *Don.* IX. 14.

— 4. *Don.* VI. 102. cui sane aliud simile marmor heredum *Ti. Claudii Chlorei* ex Collegio *Germanorum* ibidem n. 101. obvium, adiungere potuisset *Muratorius*, nisi fortasse

ſenſiſſet, quod *Gorius* non ſenſit, a *Reineſio* iam IX. 74. *Fabretto* X. 97. & *Gudio* CLXI. 2. abunde laudatum eſſe.

— 5. Attamen qui *Donium* in cauſa *Collegii Germanorum* ante oculos habebat, poteratne neſcire, eumdem titulum ſine corruptela nominis ALCIMACHi paulo ante in iiſdem *Donianis* VI. 100. editum fuiſſe, ideoque aeque minus ἀνεκδότω laudem meruiſſe. atque eo tempore, cum *Gorius* Donianum vulgaret exemplum, quandoquidem apud *Reineſ.* IX. 73. *Fabrettum* de *Columna Traiani*, c. VII. p. 183. & *Inſcr.* X. 98. item *Domen. Barnabam Matteum*, *Dell' antico Tuſcolo*, p. 25. iam deſcriptum extabat. adde *Hagenbuchii Epiſtol. Epigraph.* p. 547. 548.

DXXIV. 1. *Memorie Breſciane.* p. 113. ſed ignorare non debuerat diu a *Grutero* CCCLXVI. 6. occupatum fuiſſe.

— 2. *Don.* IX. 17. recte quidem vterque & *Gorius* & *Muratorius* viderunt, primam marmoris ſedem fuiſſe apud *Fabrettum* X. 88. Sed neuter verum dixit, quae in latere inciſa erant praetermiſſa ab eo fuiſſe. Immo inſpiciant quaeſo data ab eo X. 250. etſi levi cum peccato LVCIETIVS pro LVCRETIVS. quam tamen gentem *Fabrettus* videtur defendere, quoniam LVCIETIA praeſcripta eſt.

— 3. *Don.* IX. 2. apud quem omiſſus eſt verſ. 14.

DXXV. 1. *Don.* IX. 34. cuius tamen exempli non vna lectionis eſt varietas, verſ. 1. C. VMBIO VIBIO PRIMVSIO DRVSO. *Don.* &

& *Gud*. CCVII. 4. C. VMBRIO VIBIO NVMISIO DRVSO *Ioh. de Vita* in *Thesauro Antiquit. Beneventanar* Dissertat. V, p. 168. & in *Inscript. Benevent.* Clasf. VI. p. XXXVIII. vers. 2. RELIGIOSISS. *Don. Gud.* REIP. GLOSSIMO forte GLORIOSISSIMO *de Vita*, verf. 3. post CIVES inserit ET *de Vita*, verf. 4 MARTENS. ET BOIANVM *Don.* MARTENSS. ET BOBIANVM *Gud.* MARTENSE VERZOBIANVM. *de Vita*, quarum lectionum difficilis est optio.

—— 2. Cf. hic *Iohann. de Vita* in *Thesauro Antiquit. Benevent.* Disf. V. p. 169. *Collegium* vero *Iumentariorum* nunc primum in lucem prodiisse argumento *Fabretti* III. 261. & X. 276. iure negavit *Hagenbuchius Epist. Epigr.* p. 376. Est autem illud marmor *Foro Semproniense*, 1603. erutum, & ante *Fabrettum* iam editum a *Luca Holstenio* in *Annotationibus* ad *Cluverii Italiam antiquam*, p. 81, postea a *Ioh. Mabillonio* in *Veteribus Analectis*, p. 572. Igitur etsi dubito, quodnam Collegium, *Martiense*, vel *Martense*, an *Iumentariorum* intellexerit *de Abbatibus Oliverius*, cum in *Marmoribus Pisaurensibus*, p. 141. 142. scriberet, *novum aliud Antiquariis, hactenus inauditum proferamus*, tamen quoquo spectarit, eum puto errasse.

DXXVI. 1. ex *Verona illustrata*, Part. I. p. 352. VII. qui lapis postea in censum *Musei Veronensis* I. CXLVII. 1. venit. vnde apparet, quantum intersit inter exemplar *Maffei* & exemplum *Muratorii*. desunt initio siglae D. M. tum compendia literarum ele-

ganter illic expressa, hic desiderantur. legendus auetm sic est titulus: *Dis Manibus Publii Virucate P. F. Maximi et Valeriae P. F. Vrsae*, male *Virucae*, *Publius Virucate*, quod ortum est ex neglecto Monogrammate TE *Maximinus et Tertius*, (haud dubie Filii) *Parentibus*.

— 2. *Antiquitat. Galliae* Epist. XVI. p. 80.

— 3. *Antiquit. Gall. Epist.* XIII. p. 70. Nusquam tamen, vt arbitror, fidelius edita Inscriptio, quam in Ephemeridibus Parisiensibus literariis (*Iournal des Savans*) A. 1697. Tom. XXV. p. 153. *Extrait de la Lettre de Msr. Marcel, Commissaire General de la Marine du Departement d'Arles*: adde eumdem Tomum XXV. p. 412.

— 4. male OTITIO SERTORIANO et OTITIVS SEVERVS FILIVS. cum hic, tum infra, MCCLXX. 6. pro Q. TITIO SEVERIANO et Q. TITIVS SEVERVS vti emendate legitur apud *Grut.* DCCXLIV. 1. Extitit apud *Camillum Silvestrium Rhodigii*, qui in *Iuvenali* suo Etrusco ad *Satir.* VII. p. 411. marmor fidelius descripsit. Cf. quoque Commentarii Trevoltienses (*Memoires de Trevaux*, 1703. Aug. p. 1510.

— 4. Singulare huius tituli fatum animendvertere debeo. Eius quippe exempla vetustiora constanter plena & integra occurrunt, recentiora vero aut nomine Epitynchani, aut eius officio destituta prodierunt, nec aliud quicquam hodie superesse videtur, quam

quam eorum commemoratio qui monumentum posuerunt. In ipsis certe incunabulis studii Epigraphici, veluti apud *Iohannem de Tridino*, sive *Tacuinum*, in *Inscriptionibus antiquis*, *Probo* & aliis Grammaticis, Venetiis 1525. 4. subiunctis p. LXXVII. 1. *Petrum Apianum*, & *Barthol. Amantium Inscriptionibus Sacro-Sanctae Vetustatis* p. XXVII. & *Aldum Manutium* in Orthographia, p. 405. 406. n. 25. plenus & integer apparet eo modo, quo ex *Andr. Alciati* Codice scripto meo olim iuvenis Lipsiae descriptum dederam in *Periculo*, p. 65. postea circa tempora *Onuphrii Panvinii* in *Antiquitatibus Veronensibus* L. II. c. XXVI. p. 80. coepit deficere *Epitynchani* ministerium, & tandem apud *Don.* IX. 27. vnde fragmenti sui formam sumsit *Muratorius*, & *Gudium* CXLIII. 7. non nisi hae reliquiae leguntur cum nota nescio qua RIS, quae *Iano Andreae Hultmanno* in *Miscellaneis Epigraphicis* p. 91. opportunitatem dedit suspicandi munus SER*vi* *Acto*RIS, quod non erat necesse, quoniam in alio simili lapide apud *Murat.* CMLVII. 8. idem, vt videtur, *Epitynchanus* nude MM. SER. dicitur. Equidem vetustioris exempli simulacrum esse existimaverim, quantumvis fatear me errasse, cum siglas MM. SER olim, auctoritate *Alciati* inductus tum explicarem *Militiae Mediolanensi Servientis*. Sic enim interpretanda erat Epigraphe: *Dis Manibus Epitynchani Municipii Mediolanensis Servi Cisalpini et Transalpini Patroni Collegii*

Nautarum. Comensium Heredes Faciundum Curarunt.

DXXVII. 1. ex *Verona illustr.* Part. I. n. XV. p. 354. quam postea *Maffeus* imitatus est in *Museo Veronensi* CXLVI. 3. simul recte animadvertens ap. *Fabrettum.* X. 603. minus plene legi, nonnullaque ibi dicta illustrans. Eodem pacto mutila cernitur in *Brevali Remarks in Several Parts of Europe* p. 126.

— 2. quid opus erat e schedis depromere titulum quem dudum palam fecerat *Gruterus*? CDXCV. 9.

— 3. *Don.* IX. 20. saxum, inutiliter, quasi antea non visum, infra in lucem reductum MLXXXVII. 5. etiam offendit *Hagenbuchium* in *Observationibus Miscellaneis Novis* Tom X.=XII. p. 371.

— 5. *Quesquentis* lego *Quiescentis.* Ceterum nullus dubito, quin *Muratorius* hoc loco incognitam antea *Collegii Pastophororum* memoriam resuscitaturus fuisset, si eo tempore nobilissima illa trypus aenea *Genio & Honori L. Pompeii L. F. Pol. Herenniani a Collegio Pastophororum* per *T. Graecium vel Graecinium Trophimum* INDustriensem, consecrata in dias luminis auras proodiisset. Detecta quippe esse dicitur circa A. 1745. in vieo *Monteu*, non longe ab vrbe *Augusta Taurinorum*, eodem in terrae solo, vbi olim *Industria* vel *Bodincomagus* indicio *Plinii* III. *Hist. Nat.* 5. sita erat, cum octo aliis lapidibus literariis, cuius singularis tituli primum meminerunt

Ephe-

Ephemerides literariae Venetae (*Giornale de Letterati di Venezia* 1745. Num. 20. p. 160.) mox *Transactiones Philosophicae* Vol. XLIII. No. 477. p. 540. XII. rem novam sic nunciante *Davide Erskino Backero*: *And the same Gentleman*, (*Dr. Ioseph Laurentius Bruni*, *Fellow of our Royal-Soiety*) *having lately sent asli likewise an Italian Dissertation, printed at Turin, wherein the learned Authors, Paul Ricolvi and Anthony Rivautella undertake te discover, from the said Inscription and other concurrint circumstances, the thrue Place, of the ancient City Industria, mentioned twice by Pliny* &c. de qua *Ricolvi* et *Rivautellae* Diatribe breviter egi in *Onomastici Literarii* Part. VII. p. 54. tandem, hac ipsa *Marmoribus Taurinensibus* non inserta, bene de literis Epigraphicis meruit *Maffeius*, cum eam in censum *Musei Taurinensis Appendicis* venire iuberet p. CCXXX. *Musei Veron.* Nonnulla hic de *Pastophoris* et Collegio *Pastophorum*, ἀπὸ τῦ παςῦ, aedicula, s. sacello, in quo forte simulacra Isidis & Osiridis reposita erant, et φερειν sic nuncupatorum, secundum quaedam *Appuleii* dicta XI. *Metamorph.* p. 789. 811. & 817. ed. *Oudendorp*. disputari possent, sed actum agere nolo. vid. omnino *Cuperus* in *Harpocrate* p. 129.=133. et in *Addendis*. p. 286. *Stephan. de Moine* de *Melanophoris* ibid. p. 258. sequ. *Conradus* in *Parergis* L. I. p. 48. et *Oudendorpius* ad loca Appuleii laudata.

— 6. *Don* IX. 35.

DXXVIII. 1. De *Donariis*, c. 3. p. m. 25. iuncto cum *Salmasio* ad *Spartiani Antoni-*

ninum Caracallum c. 9. Attamen neutrius exemplum ſeu *Reineſii*, I. 139. ſeu *Fabretti* VI. 172. diligentiam effugit.

— 2. apud *Malvaſiam* fruſtra quaeſivi; *Donii* vero certa ſedes eſt IX. 12. cuius editorem quoque *Gorium* latuit, in oculis et manibus *Fabretti* II. 157. fuiſſe.

— 4. Ex *Boldetti Obſervationibus ad Coemeteria* L. II. c. IX. p. 446. cuius exemplar non accurate redditum eſt.

— 5. *Don.* IX. 24.

— 6. Don. VIII. 39.

DXXIX. 2. 3. *Ficoroni le Maſchere Sceniche degli Antichi Romani.* c. 69. p. 173.

— 4. *Don.* IX. 33. ſed meminiſſe debuerant & *Gorius* & *Muratorius*, diu ante iam bis a *Grutero* DCCLXXVII. 7. & *Fabretto* III. 182. proditum fuiſſe, e quorum exemplorum collatione patet neceſſario nomen coniugis *Urſiniani* reſtituendum eſſe *Clodiae Achilleae* ſive *Cyrillae*. Cf. Codex MS. in *Theſauro Italiae* Tom. IV. Part. II. p. 165.

— 5. lapidis picturam vide apud *Gorium Inſcript. Etrur.* Tom. III. p. 153. *Oneſimus* eſt ſive *Attili* Servus, ſive *Attii* Libertus, vt ſuſpicatur *Hagenbuch. Epiſt. Epigr.* p. 197.

— 6. *Don.* IX. 36. & *Gorii Inſcription. Etruriae* Tom. III. p. 326.

— 7. *Don.* I. 131. & *Gorius* ad illum loc.

DXXX. 1. *Don.* IX. 3.

DXXXI. 1. *Don.* IX. 23.

— 2. v. *Lucii Inſcriptiones Dalmaticae.* No. 16. p. 25. 26. Tom. XIV. *Theſ. Si-*

cu-

culi. inde *Malvasia Marm. Felsineorum* Sect. IX. c. I. p. 541. item *Donius* IX. 22. vtrobique verf. 1. SIBI VIVO. & in fine ap. *Malvas.* SSL. In Indice *Muratorii* commutatum *Martiani* nomen eft in *Marciani*, Pro CONVIBIO vel CONVIVIO verf. 6. legendum esfe CONLEGIO monet *Hagenbuchius Epift. Epigr.* p. 376.

— 4. in pretiofisfimi *Operis Danubiani*, Tomo. II. Part. II. Tab. LVI. n. 2. ad p. 133. quod ipfum monumentum doctisfimis Obfervationibus illuftravit *Chriftian. Gottl. Schwarzius* in *Diatribe de Collegio Vtriculariorum*, *Mifcellaneis* eius *politioris humanitatis* inferta *Norimbergae*, 1721. 4. p. 27. feque.

— 5. quomodo e fchedis *Bimardi*? cum clarisfima eius veftigia fint, addito M. praenomine *Mesfiani* in *Grutero*, CDXXVI. 5. a *Reinefio* emendato.

DXXXII. fequ. Ex *Maffeii Antiquitatum Galliae* Epiftola, XI. ad *Muratorium* noftrum fcripta, p. 57. qui eodem modo ad *Fourvieram* hanc nuper fe excepisfe fcribit. Per *Fourvieram* autem five *Forum Veneris*, five *Vetus* vrbis Lugdunenfis intelligit *Sponius* in *Recherches des Antiquitez de Lyon*, c. 3. p. 55. cum his quae hic de formula *fub Afcia dedicare* fcripfit, contendi posfunt, quae alio loco prudenter difputavit Muratorius in Commentariis *Academiae Cortonenfis*, Tomo II. Disfertaz. VII. p. 133. *Sopra l'Afcia Sepolcrale*, & *Montefalco* Antiquit. Expl. Tom. V. L. III. c. V. ad Tab. XCVII. p. 107. fequ.

DXXXV.

DXXXV. 2. emendatior, vt puto. iam extitit apud *Malvasiam* in *Marmor. Felsineis*, Sect. VII. c. II. p. 406.

—— 3. integro quoque nomine NICOSTRATVS FIRMANVS legitur apud eumdem *Malvasiam* Sect. V. Cap. XVIII. p. 338.

—— 4. non incomperta quoque fuit *Grutero*, MCLX. 9.

DXXXVI. 2. Hic ipse lapis literatus opportunitatem dederat *Eusebio Romano*, h. e. *Ioh. Mabillonio*, vt Epistolam ad *Theophilum*, Gallum, scriberet de *cultu ignotorum sanctorum*, p. 35. ed. Traiect. qui non minus repetitus est typis in *Veteribus Analectis*, p. 565. quam in eius *Ouvrages Posthumes*, Tom. I. p. 247. neque idonea suberat ratio, cur a *Muratorio* infra, MMXLII. 6. e *Martinii Religione Veterum Gallorum*, L. V. Tom. II. c. V. p. 237. rursus in conspectum veniret.

—— 3. bis descripserat *Montefalco* cum in *Diario Italico*, c. VII. p. 100. tum in *Antiquitat. Explic. et Schematibus Illustratis*, Tom. V. L. II. c. XVI. p. 88. Tab. 68. & quasi bis terve relata non sufficeret, infra rursus stilum exercuit, MCXL. 12. In *Addendis et Corrigendis*, Tom. IV. p. 13. ad h. l. scribere iubet *Bimardus: Natione Attia Nicopoli.* quid *Attia* sibi velit, nisi *Attica* malis, non intelligo.

—— 4. Vidit iam & descripsit *Gudius*, CCXLVI. 6. Paulo ante editam a *Gorio Inscript. Flor.* Tom. I. p. 202. n. 27. Asciae formam hic obviam *Maffeius* in *Critica Lapida-*

dari, p. 255. interpretatur *Manubrium deforme & praelongum.*

DXXXVIII. Hac quidem forma, corruptoque, vt mihi videtur, verſ. 5. nomine PILASTILVS occurrit apud *Io. Dominic. Bertoli* in *Le Antichità d'Aquileia*, p. 161. num. CLXIV. ſed plenior tamen in fine BENE DE SE MER*enti* et quoad illud nomen FIL. ASTYLVS emendatior legitur in *Donianis Gorii*, VI. 126. qui etiam provocat ad *Ephemerides Literatorum Hominum Venetas*, Tom. XXXVIII. Part. I. Artic. V. p. 245.

DXXXIX. 1. verſ. 12. per *Poſſeſſorem* fundi dominum, & per *Colonum* intellexit villicum *Herm. Cannegieterus*, I. *Obſervat. Iuris Romani*, c. XI. p. 76.

DXL. plane ſingularis eſt Nemauſenſis in Francia titulus ſepulcralis C. Vibii Liciniani cum Epigrammate graeco, in quo deſcribendo plurium hominum eruditorum diligentia eminuit quorum omnium nomina pete a doctiſſimo *Ryklofio Michaële van Goens*, in *Diatribe de Cepotaphiis*, c. V. p. 76. qui tamen duo Benedictinos, Monachos, proximo poſt *Sallengrium* anno eiusdem monumenti typum vix imitabili vulgo literarum capitalium cum minutis iunctura reddentes, in *Itineris Literarii*, Part. I. p. 309. non prius nominavit quam in Praefatione, p. V. non ſine tamen illorum nominis iniuria, puerilem quippe ipſis *Neodmeti* hominis errorem tribuens, qui nullus ibi extat. quamquam de nomine *Cuibius* pro C. Vibius ipſi non intercedo, Verba enim quibus vtitur *Maffeius* in *Muſeo Vero-*

ronensi, p. CDXIV. *Volumen vidi Voyage* &c. *in quo novus hic tumulus in hominem Neodmet nominatum transit*, a Cl. *Wesselingio* minime ad cultissimum illud duorum Monachorum *Iter literarium* trahenda erant. Cur vero *van Goensius* operae *Burmanni* ad *Anthologiae Latinae*, L. IV. Epigr. CXIX. p. 69. Tom. II. meminisse non posset posterioris temporis in promtu fuit ratio editionis. Interim non inutile fortassis erit h. l. monere, *Aegidium Egmonda - Neoburgum* in Itinere suo, quod inspexi, MSC. versu 2. Epigrammatis graeci pro ΑΙΠΠΥΡΟΝ legisse ΑΙΓΙΛΙΟΝ, *Aigilium*, interpretatumque esse *herbam capris gratam*. DXLII. 2. Non modo est apud *Gruterum*, sed etiam *Fabrettum* IV. 94.

DXLII. 1. cum igitur hoc loco sciret *Muratorius*, apud *Gruterum* extare, quaenam ratio suberat, cur eamdem ex *Mabillonii Epistola*, p. 566. *Veter. Analect.* vel eiusdem Operibus postumis (*Ouvrages Posthumes*) Tom. I. p. 278. infra MCCXV. etsi praenomine FLavii. pleniorem repeteret, pro quo tamen et *Chorerius* in *Antiquitatibus Viennensibus*, teste *Martinio* in *Religione Veterum Gallorum*, L. V. c. VI. p. 255. & *Sponius* in *Antiquitatibus Lugdunens.* V. p. 92. n. 9. FILI exhibuerunt, Cfer. hic *Hagenbuchius* in *Epist. Epigr.* (8.) & 25.

—— 3. immo vero valde corruptam hanc Epigraphen facile ex optimo *Gruteri*, CDLXXVIII. 9. exemplo sanare potuisset, si illo corpore, uti etiam aliis, familiarius

su-

ſubinde vſus fuisſet. vid. quoque *Hagenbuch. Epiſt. Epigr.* p. [8.] & p. 26.

DXLIV. 3. Bene in *Donianis*, XIV. 1. ex *Libello Hiſpanico Roderici.* Intelligitur *Rodericus Caro in Antiquit. Hiſpalenſibus* (Sevilla) L. III. c. XXXVII. p. 145. *Pylades* mihi videtur eſſe *Annii Novati Patris* Filius.

—— 4. hic e ſchedis *Antinorii*, poſtea ſuarum rerum immemor infra, DCCCXLVII. 4. iterum produxit.

Haec hactenus perſecutus ſum vſque ad finem, Tomi I.



CA-

CAROLI FERDINANDI NAGEL

OBSERVATIONES

IN AUCTORES LATINOS ET GRÆCOS.

IN TIBULLUM.

Tibull. l. 1. eleg. 4. vs. 24.

Gratia magna Jovi; vetuit pater ipse valere,
Jurasset cupide quidquid ineptus amor.

Heynius pro *ineptus* malit *inultus:* quam conjecturam probat vir doctus in bibliotheca critica in recensione Tib. Heyn. Mihi vulgata lectio aptior videtur. *Ineptus amor* dicitur ab effectu, *ineptos S. stultos homines* efficiens. Sed *amor inultus* languet. Nam, si amor per se est *inultus*, quid opus erat, ut Jupiter, quæ amantes fecissent perjuria, ea irrita juberet esse? Mihi quidem minime placet haec ταυτολογία. Quod autem memini, virum quendam doctum mihi, sententiam meam de hoc loco proponenti, dicere, *veteres semper cum reverentia quadam de amore locutos esse;* id quam vim habeat, nescio, cum eosdem aliquando vehementissime in amorem, quasi omnium auctorem malorum invehi, neminem harum litterarum peritum, fugiat. Ad quod probandum vel unus Apollonii Rhodii locus suf-

ficit. Is locus exſtat: l. 4. vs. 445. ubi certe nulla cum reverentia auctor Argonauticorum ſatis acerbe in amorem debacchatur.

Σχέτλι' Ἔρως, μέγα πῆμα, μέγα στύγος ἀνθρώποισιν,
Ἐκ σέθεν οὐλόμεναί τ' ἔριδες στοναχαί τε γόοι τε,
Ἄλγεά τ' ἄλλ' ἐπὶ τοῖσιν ἀπείρονα τετρήχασι.
Δυσμενέων ἐπὶ παισὶ κορύσσεο, δαῖμον ἀερθεὶς,
Οἷος Μηδείῃ στυγερὴν φρεσὶν ἔμβαλες ἄτην. etc.

Ceterum cum noſtro hoc Tibulli loco comparari posſunt quædam Plauti loca, velut in Mercat. act. 2. ſc. 3. vs. 47. ubi ſenex Demipho, qui puellam amabat, ſic loquens inducitur:

Quippe haud etiam quidquam inepte feci, amantes ut ſolent.

Quæ ſententia egregie cum Tibulli loco convenit. Sic in Pſeud. act. 1. ſc. 3. vs. 9. adoleſcens Calidorus hæc dicit:

Nugæ iſtæ ſunt: non jucundum eſt niſi amans facit ſtulte.

Et in Perſ. act. 1. ſc. 1. vs. 50. in eandem fere ſententiam ſervus Joxilus loquitur:

Amoris vitio, non meo, nunc tibi morologus fio,

In Trinum: quoque, act. 3. ſc. 2. vs. 42. ſeqq. non admodum disſimilia his loquentem inducit Plautus adoleſcentem Lyſitelem:

Ἔνεστι γὰρ δὴ κἀν θεῶν γένει τόδε,
Τιμώμενοι χαίρουσιν ἀνθρώπων ὕπο.

In Bacch. vs. 319.

Ὁρᾷς; σὺ χαίρεις, ὅταν ἐφεστῶσιν πύλαις
Πολλοί, τὸ πενθέως δὲ ὄνομα μεγαλύνῃ πολύς.
Κἀκεῖνος, οἶμαι, τέρπεται τιμώμενος.

Libr. 4. Eleg. 5. vs. 4.

Te nascente novum Parcæ cecinere puellis
Servitium, et dederunt regna ſuperba tibi.

Argutatur Heynius in verbo *dederunt*, quod explicat *vaticinatae ſunt*, *promiſerunt*. Quam vim quomodo verbum *dare* habere posſit, ignorare me fateor. Simpliciter capiendum *conceſſerunt*, *tribuerunt*. Quia Parcæ, ut notum eſt, hominibus vitæ, ſortem et conditionem asſignare credebantur.

In Horatium.

Horat. Serm. l. 2. eclog. 2 vs. 123.

Post hoc ludus erat culpa potare magiſtra.

Difficilis ſane locus, de cujus interpretatione valde disſentiunt viri docti. Lambinus, jam olim hunc locum corruptum putans, pro *culpa magiſtra*, levi ſane mutatione, edidit *cuppa magiſtra*. Cujus conjecturam qui refutat

tat Bentlejus ipse duas alias proponit, quarum altera legatur: *nulla magistra;* altera: *copa magistra* i. e. *caupona:* et hanc quidem utpote magis placitam, recipere in orationem non dubitavit. Mihi quidem neutra earum probatur; non illa, quia *nulla magistra*, s. *nullo magistro potare*, est *ita potare, ut unusquisque, quantum velit, bibat, nemo cogatur:* quod qua ratione ludus possit vocari, non assequor. Quod ad hanc attinet, plane non videtur verisimile, Ofellum domi suæ non habuisse vinum, quippe qui, ut apparet, ante agri amissionem, in re satis lauta versaretur. Deinde, τὴν καπηλίδα s. *cauponam* arcessitam, qua et *potandi magistra et saltatrice et crotalistria, et si quid amplius vellet*, ut ait Bentlejus, Ofellus uteretur, nemini facile puto persuaderi. Unde novit Bentlejus, has mulieres omnium harum artium peritas fuisse? Verum quidem est, eos, qui in re tenui versarentur, vinum solitos petere e tabernis: an etiam cum vino cauponas acciverint, valde equidem dubito. Aliam igitur viam ingressus Turnebus, hæc explicat, „de ludo „quodam, qui a veteribus fuerit excogitatus, quo non magistri imperio convivæ „cogerentur bibere, ne inciderent in ebrietatem; a qua ut arcerentur, neminem, „nisi qui aliqua in re peccasset, calicem „duxisse, ut bibere poenæ et dedecoris esset, non invitationis aut magisterii." Refellere hanc explicationem conatur Lambinus, eumque secutus Bentlejus. Et sane ex toto vera esse non potest. Neque enim credi-

bile eſt, eam convivii hujus compotationisque rationem fuisſe, ut ii tantum, qui quid deliquisſent, bibere cogerentur, dedecoris causſa: aliis, qui non peccasſent, nihil accipientibus. — Nota res est, in Veterum conviviis jactu tesſerarum vel talorum magiſtrum convivii creatum esſe, qui bibendi leges præſcriberet, modumque imponeret. Jam vero dubitari certe nequit, qui has leges migrasſet, quin ei aliqua poena fuerit ſubeunda. Cic. act. 2. in Verr. l. 4. c. 11. Iſte enim prætor ſeverus ac diligens, qui populi Romani legibus nunquam paruisſet, iis diligenter legibus, quæ in poculis ponebantur, obtemperabat. Itaque erant exitus hujusmodi, ut alius inter manus e convivio, tanquam e proelio, auferretur: alius, tanquam occiſus, relinqueretur: plerique fuſi ſine mente ac ſine ullo ſenſu jacerent; quivis ut, cum adſpexisſet, non ſe prætoris convivium, ſed ut Cannenſem pugnam nequitiæ videre arbitraretur. Plaut. in Stich. act. 5. ſc. 4. vs. 43.

Agedum Stiche, uter demutasſit, poculo multabitur
St. Bonum jus dicis: impetrare oportet, quia æquom poſtulas.
Age, ergo obſerva: ſi peccasſis, multam hic retinebo ilico.

Quem locum bene explicant Piſtorius et Lambinus: male cepit Turnebus. In hoc enim convivio qui contra leges peccasſet *poculo multabatur*, h. e. *aliis accipientibus, ipſe nihil accipiebat*. Itaque comparanti Horatianum

num locum cum Plautino, valde probabile mihi videtur, duo inprimis a veteribus multarum genera in eos constituta, qui leges convivii transgressi essent; & in iis quidem conviviis ubi vini copia suppeteret, qui peccasset, vini poculum, cum reliqui nihil biberent, exhaurire coactum: in quibus autem vini parum esset, si quis deliquisset, eum reliquis accipientibus, nihil accepisse. Priorem rationem apparet versatam in convivio Horatiano, quippe quod agitaretur, ab hominibus ingenuis et honestis, quos sordidum fuisset, non habere tantum vini, quantum cuique bibere libuisset; posteriorem in Plautino, quod a servis celebrabatur, quibus vini magnam copiam non fuisse, probabile est. Horatiani convivæ, cum forte jam ante vino incaluissent, ludi quoddam genus excogitarunt, ut, si qui ex suo numero contra hujus ludi leges rationemque peccassent, si fieri posset, ebrii redderentur, reliquisque risum & ludibrium præberent. Cujusmodi ludus ne his quidem temporibus insuetus est. Plautini convivæ, qui servi erant, ludum excogitarunt, cujus leges si qui per imprudentiam transgressus esset, vini poculo multaretur, reliquis poculum accipientibus, nihil acciperet; quo reliquis, qui bibendi leges servassent, major vini portio obtingeret. Itaque liquet, Horatiani Plautinique convivii contrariam fuisse rationem. Quæ cum ita sint, nullus dubito, quin Horatii locus sanus sit, explicarique ita debeat: *Ludus erat, ita pota-*

 re

re ut culpa, h. e. transgresſio legum convivii, eamque ſecuta calicis ebibendi necesſitas, *magiſtra esſet*, h. e. doceret convivas, *ut in poſterum attentiores* & *cautiores eſſent, ne plus juſto bibere cogerentur, adeoque in ebrietatem inciderent, aliisque, ut ebrii fere ſolent, riſum præberent.* Nos dicimus: *poenitet drinken.* Sic a Baxtero etiam et Geſnero locum fere explicari, docuit me Cl. Ruhnkenius: nam mihi ipſi has editiones inſpicere haud licuit. Præterea, ut hoc, quamquam ab aliis jam obſervatum, hic obiter addam, moris veterum fuit, in ejusmodi conviviis bibere in honorem vivorum clarorum, puellarum ſuarum etc. Interdum etiam vinum in terram effundebant in honorem puellæ vel amici cujusdam. Theocrit. ἰιδυλλ ιδ. vs. 15. ſeqq.

ἀνῷξα δὲ Βίβλινον αὐτοῖς.
Εὐώδη, τεττόρων ἐτέων σχεδὸν, ὡς ἀπὸ λανῶ
Βόλβος τις κοχλίας ἐξηρέθη· ἧς πότος ἁδύς.
Ἤδη δὲ προϊόντος, ἔδοξ' ἐπιχεῖσθαι ἄκρατον
Ὥτινος ἤθελ' ἕκαςος. ἔδει μόνον ὧτινος εἰπῆν.
Ἄμμες μὲν φωνεῦντες ἐπίνομες, ὡς ἐδέδοκτο·
Ἁδ' ὐδὲν, παρέοντος ἐμεῦ· τίν ἔχειν μ' ἔδόκεις νῦν;
Οὐ φθεγξῇ; etc.

Ad quem locum vetus ſcholiasta: ἤγȣν, ἤδη προκόπτοντος τȣ̃ πότȣ ἔδοξεν ἡμῖν ἐπιχεῖσθαι ἄκρατον· ἤτοι λαμβάνειν καὶ ἐπισπένδειν. ȣ̃τω γὰρ εἰώθασι ποιεῖν ἐν τοῖς συμποσίοις, ἄκρατον λαμβάνειν καὶ ὀνομάζειν τινὰς ἐρωμένȣς, ἢ φίλȣς, ἐπιχεῖν τῇ γῇ, καὶ φθέγγεσθαι τῶν φιλτάτων τὰ ὀνόματα. Callim. Epigr. 31.

Ἔγχει

Ἔγχει, καὶ πάλιν εἰπὲ Διοκλέος etc.

Plaut. in Stich. act. 5. sc. 4. vs. 29. ubi ita Sagarinus servus, poculum ebibens.

Bene vos, bene nos, bene te, bene me, bene nostram etiam Stephanium.

In Ciceronem.

Auct. ad Heren l. 4. c. 20. *aut si, cum in altero plures sunt, in altero longior, aut longiores, plenior, aut pleniores syllabae erunt.* Ernestus ad h. l. „ *Longior*, inquit, intellige de quantitate; *ple-* „ *nior* de numero syllabarum." etc. Quorum posterius falsum est.: *Syllaba plenior* est, *in qua plures sunt litterae*, ut in exemplo, quod affert Ernestus, *habebantur* et *habebatur*. Nam, cum in utroque verbo quatuor sint syllabae, tamen in *habebantur* una littera plus est, quam in *habebatur*. Sed hoc tam certum est, ut Ernestum fefellisse, credere non possim. Suspicor, ab eo scriptum: *plenior de numero litterarum;* tum omnia recte se habent.

De Orat. l. 2. c. 52. *Sed etiam superioribus invidetur saepe vehementer, et eo magis, si intolerantius se jactant, et aequabilitatem juris communis praestantia dignitatis aut fortunae suae transeunt.* Codd. nonnulli praebent *aequabilitatem juris communis*. Ern. vocem *communis*, quia tollat concinnitatem, delevit. Nollem factum. Non tollit, sed adjuvat concinnitatem. Opponuntur enim COMMUNIS *juris*, et *dignitatis aut fortunae* SUAE.

De opt. gen. orator. c. 2. *Sed earum omnium*

um rerum, ut ædificiorum, memoria est quasi fundamentum, lumen, actio.

Sensus in his verbis plane ridiculus inest. *memoria est fundamentum omnium earum rerum, ut ædificiorum,* sc. *memoria fundamentum est,* quod necessario repetendum ex præcedentibus. Delenda igitur verba *ut ædificiorum.*

Orat. pro Quint c. 19. *Quod prætor non fieri, sed ex edicto suo fieri jubebat.* Schellerus in obss. Critic. p. 41. locum ita interpretatur: *quod prætor non utcunque fieri, sed ex edicto suo fieri jubebat.* Addit deinde: *se divinare non posse, cur Ernesti dicat, hunc se locum non intelligere.* Id ego facile mihi divinare videor. Ernestus haud dubie, quia sibi locum non intelligere visus est, idcirco se non intelligere, ingenue professus est. Utinam omnes idem faciant! Ceterum, quam proponit interpretationem Schellerus, ea sine dubio vera est. Sed, cum eam nullis exemplis stabilierit; liceat mihi afferre loca quædam, ubi similis loquendi ratio occurrit.

Cic. Acad. Quæst. l. 4. c. 19. *Quod non modo recte fieri, sed omnino fieri non potest.* Epistol. ad Attic. l. 16. ep 21. (quæ est ad Plancum) *ut ea, quæ Consules decreverunt, secundum Cæsaris decreta et responsa, non dicam, comprobes, sed studiose libenterque comprobes.* De Finib. l. 1. c. 11. *Illud enim ipsum, quod quibusdam medium videtur, cum omni dolore caret, non modo voluptatem esse, verum etiam summam voluptatem.* De nat. Deor. L. 2. c. 38. *Dubitamus, quin ea non*

so-

solum ratione fiant, sed etiam excellenti quadam divinaque ratione? In Caecil. c. 12. *perficiendum est, si quid agere, aut perficere vis, ut homines te non solum audiant, verum etiam libenter studioseque audiant.* Liv. l. 43. c. 14. *non Consulibus, sed ambitiosis Consulibus delectum esse difficilem: neminem invitum militem ab iis fieri.*

In Verr. act. 1. c. 14. *Ex quo mihi venit in mentem illud dicere, quod apud M' Glabrionem nuper, cum in rejiciendis judicibus commemorassem, intellexi, vehementer populum Romanum commoveri, me arbitrari* etc. Schellerus obss. crit. p. 49. in mendo hunc locum existimans cubare, hac eum transpositione sanare conatur. *Ex quo mihi venit in mentem illud dicere, quod apud M' Glabrionem nuper, cum in rejiciendis judicibus commemorassem, me arbitrari fore, uti nationes legatos ad populum Romanum mitterent, ut lex de pecuniis repetundis, judiciumque tolleretur, intellexi, vehementer populum Romanum commoveri.* Quae ratio quantumvis satis elegans sit et acuta, tamen non necessaria videtur; nam et vulgatus ordo satis commodus.

In Verr. act. 2. l. 3. c. 23. *Domum ad istum in jus deductus est.)* Verba *in jus* spuria censet Ernest. Male, mea quidem sententia. Verres Polemarchum domum suam in jus deduci jussit, contra morem et consuetudinem, cum jus in foro dici soleret.

Pro Rabir. c. 4. *qui expiandum forum populi Romani ab illis nefarii sceleris vestigiis*

giis

giis esse dico. Ern. ad h. l. „ nefarium „ scelus, inquit, est in condemnatione ci„ vis Romani ad supplicium crucis per car„ nificem. *Scelus* capio pro *re foeda*, ut in „ adjectivo *sceleratus* sæpe intelligitur, est„ que adeo ipse carnifex, cujus nullum ve„ stigium relinqui vult in foro." Imo, *scelus nefarium* est civis Romani, in foro, insectante populo, in crucem sublati. Minime vero de carnifice capiendum.

Pro Flacc. c. 10. *Multa enim sunt ejusmodi, judices, ut, etiamsi in homine ipso, de quo agitur, negligenda sint, tamen in conditione atque in exemplo pertimescenda videantur.* Bene Ernestus *conditione* alteri lectioni *imitatione*, quam Victorius induxit, præfert. Sed quæ ad hunc locum explicandum affert, a veritate sunt aliena. Hæc ejus sunt verba: „ Pertimescenda sunt ista primum, „ quia periculosam faciunt conditionem civi„ um Romanorum; cum ita eorum fortu„ næ obnoxiæ fiant hominibus talibus." etc. Imo, *conditio* est, quam nostri philosophi vocant *possibilitatem. Ideo*, ait, *sunt ista pertimescenda, quia inducto semel pravo exemplo, fieri facile possit, ut alius quoque idem pati cogatur.* Cic. pro Rabir. c. 5. harum enim omnium rerum non solum eventus, atque perpessio, sed etiam *conditio*, exspectatio, mentio ipsa denique, indigna cive Romano, atque homine libero est. vid. Ern. in Cl. Cic. h. v. Eodem modo voce *conditio* utitur Virgil. Aen. L. 12. v. 880.

Cur

Cur mortis ademta est
Conditio? etc. h. e. *cur immortalis sum? cur mori non possum?*

Ad Quirit. post red. c. 4. *Ego iis, a quibus ejectus sum, provincias obtinentibus, inimico autem optimo viro et mitissimo, altero consule referente, reductus sum.* Miror, Ernestum in hoc loco hærere, cum nihil prorsus sit difficultatis. *Inimico autem optimo viro et mitissimo* refer ad Metellum, qui etsi inimicus Ciceroni, relationi tamen non intercessit: *altero consule referente* intellige de Lentulo. Sic omnia, opinor, recte se habent. Non monuissem, nisi Schellerum etiam (vid. obs. Crit. p. 103.) fluctuare vidissem.

Pro C. Balb. c. 20. *Etenim, si Q. Scævola, ille augur, cum de jure prædiatorio consuleretur, homo juris peritissimus, consultores suos nonnunquam ad Furium et Cascellium prædiatores rejiciebat; si nos etc.* Miror in hoc loco viros doctos tantopere hærere potuisse, cum meo quidem judicio, nihil prorsus sit difficultatis. Quodsi vocem *prædiator* cum Salmasio et Gronovio de eo capiamus, *qui prædia publico obligata et vendenda emit, adeoque pecuniam suam in prædiis habet*; (quæ quidem ratio mihi valde probatur) sed si vocem hoc modo intelligamus, hæc erit loci sententia: *Scævola, tametsi omnis juris, adeoque etiam prædiatorii* (quæ juris est pars) *peritissimus esset: interdum tamen consultores suos rejiciebat ad Furium et Cascellium prædiatores:*

qui,

qui, quoniam prædia publico obligata emerant, adeoque pecuniam ſuam in prædiis habebant collocatam, haud dubie juris prædiatorii uſu, optimo magiſtro, esſent peritisſimi, cum ipſe Scævola ejus juris ſcientiam ex magiſtoram tantum præceptis hauſisſet. Comparat enim Cicero eos, qui diuturno et aſſiduo uſu ſibi alicujus rei cognitionem et peritiam compararunt, cum iis, qui ingenio et arte idem effecerunt, dicitque, aſſiduum uſum, uni rei deditum et ingenium et artem ſæpe vincere. Ex quo hæc interpretatio ſatis confirmatur. At, ſi vocem *prædiator* cum Erneſto (vid. Cl. Cic. l. v.) aliisque de eo capias, *qui juris prædiatorii ſit peritus*; hæc plane frigida et Cicerone indigna ſententia erit. *Scævola, licet omnis juris adeoque etiam prædiatorii peritisſimus esſet, interdum tamen conſultores ſuos ad Furium et Caſcellium, juris prædiatorii peritos, ſolebat rejicere.* Qualis tandem hæc eſt ſententia? Imo, Scævola ad eos interdum ſolebat rejicere conſultores ſuos, qui diuturno uſu, quod ipſi esſent prædiatores, h. e. prædia publico obligata emisſent, hujus ſibi juris ſcientiam comparaverant. Igitur *prædiator*, conſueto ſenſu h. etiam l. capiendum. Scævola θεωρητικῶς, alteri etiam πρακτικῶς (ut ita dicam) juris prædiatorii erant periti. Neque obſtat, quod Furius et Caſcellius Icti fuerunt. Fuerint ſane: inferiores tamen certe Scævola reliqui juris erant ſcientia. Neque eam ob cauſſam conſultores Scævola ad eos rejiciebat, quod Icti, ſed quod prædiatores esſent. Ceterum eandem hanc rem, mo-

more suo, breviter narrat Val. Maxim. l. 8. c. 12. Cujus verba, quoniam nonnihil lucis afferre huic nostro loco possunt, hic ad scribam. „ Q. Scævola, inquit, legum clarissimus „ et certissimus vates, quotiescunque de „ jure prædiatorio consulebatur, ad Furium „ et Cascellium, quia huic scientiæ dediti „ erant, consultores rejiciebat. Quo quidem „ facto moderationem magis suam commen„ dabat, quam auctoritatem minuebat: ab „ his id negotium aptius explicari posse con„ fitendo, qui quotidiano ejus usu calle„ bant." etc.

In Pison. c. 41. *nec minus libenter metuentem videbo, ne reus fias, quam reum: nec minus lætabor, cum te semper sordidum, quam si paullisper sordidatum videbo.* Ernestus membra transponenda suspicatur, et sic a Cicerone esse scriptum: *nec minus lætabor, cum te paullisper sordidatum, quam si semper sordidum videbo.* Non opus. Verbis *nec minus libenter metuentem videbo ne reus fias*, opponuntur in altero membro *nec minus lætabor, cum te semper sordidum* (videbo): verbis autem *quam reum* respondent, *quam si paullisper sordidatum* videbo si *esses accusatus.*

Tuscul. Quæst. l. 1. c. 5. *nec, quoniam apud Græcos judices res agetur, poteris adhibere Demosthenem etc.)* Ernestus pro *quoniam* legere malit *quamquam.* Sed tamen et *quoniam* satis commodum sensum videtur habere; locus sic capiatur: *nec* IDEO *poteris adhibere Demosthenem,*

quia

quia etc. Ante enim L. Crasſum et M. Antonium, Romanos nominarat. Poterat autem aliquis dicere: *apud Græcos judices Romanis quidem oratoribus uti non potero, ſed Græcos adhibebo, qui pro me verba faciant.* Idcirco addit. *Quoniam apud Græcos judices res agetur, ideo tamen Græcis oratoribus, æque minus, ac Romanis, uti poteris, ſed nullos omnino adhibere quibis: ipſi enim per ſe judices mortuorum in tua facta inquirent, ſententiamque ferent.*

Ibid c. 11. *Democritum enim, magnum illum quidem, ſed levibus et rotundis corpusculis efficientem animum, concurſu quodam fortuito, omittamus.* Ernestus voculam *ſed* ejiciendam ex oratione putat. Non opus. Senſus loci eſt. *Democritum magnum quidem esſe virum eo, quod tam abſurda de animo ſtatuat, vehementer errare.* De hoc uſu particulæ *ſed* vide Cl. Ruhnken ad Vell. Pat. l. 2. c. 4. et ipſum Erneſt. in Verr. act. 2. l. 3. c. 82.

Ibid c. 21. *Quamvis copioſe hæc diceremus, ſi res postularet* etc.) Pro *hæc* legendum videtur *hic*, quod commodiorem ſenſum efficit. *Quamvis* poſitum eſt pro *valde*: vid. Ern. in Cl. Cic. h. v. *diceremus* idem fere eſt, ac *dicere posſemus*; quæ ſignificatio nonnunquam in imperf. ſubj. ineſt.

Ibid c. 36. *Sed in vivo intelligi tamen potest, regno carere: dici autem hoc in te ſatis ſubtiliter non potest: posſet in Tarquinio, cum regno esſet expulſus.* Pro *posſet* Ernestus haud dubitanter *potuisſet* in contextum recepit, quia

quia totum referatur ad præteritum. Non opus. Sæpisſime imperf. conjunctivi pro plus quam perf. ponitur. Cic. Tuscul. Quæſt. l. 1. c. 37. Cur igitur et Camillus *doleret*, ſi hæc — eventura *putaret?* pro *doluisſet*, *putasſet*. Nihil hic Ern. monuit. Epiſt. ad Div. l. 15. ep. 15. Quis enim aut Alexandrini belli tantam moram huic bello adjunctum iri, aut neſcio quem istum Pharnacem Aſiæ terrorem illaturum *putaret?* pro *putasſet*, quod Ern. ſine ulla necesſitate ſubſtituendum putat. In Verr. act. 2. l. 3. c. 20. profecto, quamquam es ſingulari crudelitate et audacia, tamen abs te totam alienari provinciam, tot homines honeſtisſimos tibi inimicisſimos fieri *nolles*, niſi hanc rationem et cogitationem ſalutis tuæ, pecuniæ cupiditas, ac præſens illa præda *ſuperaret*, pro *noluisſes*, *ſuperasſet*. Acad. Quæſt. l. 4. c. 26. dic mihi, Lyſippus eodem aëre, eadem temperatione, eodem coelo, aqua, ceteris omnibus, centum Alexandros ejusdem modi facere non *posſet?* pro *potuisſet*. In quo loco ſimiliter Ern. hæret. De finib. bonor. et malor. l. 5. c. 2. quodſi quis Deus *diceret*, nunquam *putarem*, me in Academia, tanquam philoſophum, disputaturum, pro *dixisſet*, *putasſem*. Ad l. l. Ernestus: „ Tempora, inquit, me offendunt; vi„ deturque esſe debere *dixisſet*, *putasſem*." Non opus. Ibid c. 31. attamen hic *mallet* non dolere. pro *maluisſet*. Nihil hic Ern. De Legg. l. 3. c. 11. Quippe quam (tribunitiam potestatem) tantopere populus nos-

ter ignotam expetisset, qui *posset* carere cognita? pro *potuisset*. Pro Cluent: c. 29. At tum, si *dicerem*, non *audirer*: non quod alia res esset, imo eadem, sed tempus aliud. Id adeo sic cognoscite. Quis tum *auderet* dicere, nocentem condemnatum esse Opianicum? quis nunc id audet negare? Quis tum *posset* arguere, ab Oppianico judicium tentatum esse pecunia? quis id hoc tempore infitiari potest? Cui tum *liceret* etc. pro *dixissem*, *auditus essem*, *ausus esset*, *potuisset*, *licuisset*. Sall. in Jug. c. 59. Neque diutius Numidæ resistere quivissent, ni pedites cum equitibus permixti, magnam cladem in congressu *facerent*. Pro *fecissent*. Liv. l. 5. c. 19. nocte ac die nunquam ante omissum, (opus) quam in arcem *viam facerent*, pro *fecissent*. Eod. libr. c. 53. Quippe tum caussa nobis in urbem captam migrandi victoria *esset* etc. pro *fuisset*. Vell. Pat. l. 1. c. 18. — Nisi Thebas unum os Pindari *illuminaret*, pro *illuminasset*. Quid? Quod præsens etiam subjunctivi aliquando pro plus quam perfecto ponitur. Cic. de petit. Consul. c. 11. non committere, ut quisquam possit dicere, quod ejus sit, consequi *possis* si abs te sit rogatum, et valde ac diligenter rogatum. Cujus loci sensum hunc esse puto: Non est committendum, ut quisquam possit dicere, quod nunc alius consecutus est, id tu consequi potuisses etc. ut *possis* pro *potuisses* videatur positum. Sic et Virgil. Aen. l. 6. vs. 292.

Et

Et ni docta Comes tenues sine corpore vitas
Admoneat *volitare cava sub imagine formæ:*
Irruat, et frustra *ferro diverberet* umbras.

Pro *admonuisset*, *irruisset*, *diverberasset*. Aen. l. 11. vs. 912.

Continuoque ineant pugnas, et prœlia tentent
Ni roseus fessos jam gurgite Phoebus Hibero,
Tinguat equos, noctemque, die labente, reducat.

pro *iniisset*, *tentasset*, *tinxisset*, *reduxisset*. Præsens indicativi pro plus quam perf. conjunctivi videtur posuisse Ovid. Trist. l. 4. eleg. 3. vs. 77.

Ars tua, *Tiphy* jacet, *si non* sit *in æquore fluctus*;
Si valeant homines, *ars tua*, *Phoebe*, *jacet*.

Certe, si verba *ars tua*, *Tiphy*, *jacet* ad solum Tiphyn referantur, *jacet* pro *jacuisset* accipiendum, *sit* pro *fuisset*: si in genere de *arte nautica* capiantur, pro *jaceret* esset. Ceterum male huc trahitur locus Virgilii, qui est Aen. l. 2. vs. 599. seq.

et ni mea cura resistat,
Iam flammæ tulerint, *inimicus et hauserit ensis.*

Resistat hic non positum pro *restitisset*, ut viris doctis videtur, sed pro *resisteret*. *Nisi mea cura*, ait Venus, *hoc etiam momento*, *quo tecum loquor*, *resisteret*, *jam* etc. *Tulerint* autem, et *hauserit* dicitur pro *tulisset*, *hau-*

ſisſet. De reliquo, Veteres in temporum modorumque ratione ſemper ſibi conſtiſtitisſe, ſi quis ſibi cum Erneſto perſuadeat, is valde erret. Equidem affirmare audeo, eos admodum inconſtantes in hac re fuisſe, neque certis ſe præceptionibus adſtinxisſe; tum apud optimos quosque ſcriptores crebras mirasque adeo temporum inveniri permutationes: quod forte alio tempore demonſtrabitur.

Libr. 2. c. 1. *Atque oratorum quidem laus ita ducta ab humili, venit ad ſummum, ut jam, quod natura fert in omnibus fere rebus, ſeneſcat, brevique tempore ad nihilum ventura videatur.* Erneſtus pro *ita* legere malit *illa*. Non opus. *Ita* ſignificat *hoc exitu, hoc eventu.* Senſus est: *oratoria laus ad ſummum venit eo eventu, ut, ſicut in aliis quoque artibus et disciplinis, quæ ad perfectionem venerant, fieri videmus, nunc langueſcat atque ſeneſcat.*

Libr. 3. c 2. *Quid? qui pecuniæ cupiditate, qui voluptatum libidine feruntur, quorumque ita perturbantur animi, ut non multum abſint ab inſania, quod inſipientibus continget omnibus etc.* Hunc locum ſanum non puto. Qualis enim ſententia: *contingit inſipientibus omnibus, ut ita eorum perturbentur animi, ut non multum abſint ab inſania?* Mihi valde placet conjectura Tydemanni, quam mecum communicavit, pro *inſipientibus* legentis *iraſcentibus.*

Ib. c. 12.

Lacrymæ peredêre humore exſangues genas,
Situ nidoris barba pædore horrida.

Pro

Pro *situ nidoris*, quod corruptum esse, facile apparet. Bentlejus legendum putat *titinnit auris*; quæ emendatio, licet ingeniosa, huic loco minime videtur convenire. Quod autem nonnulli Codd. teste Davisio, præbent, *situ liventes*, satis commodum sensum habet. Non displicet tamen ipsius Davisii conjectura, qui legendum suspicatur: *situ sit in ore*.

Libr. 4. c. 8. *nam si quis doleat ejus rebus secundis, a quo ipse lædatur, non recte dicitur invidere, ut si Hectori Agamemnon* etc Bentlejus hunc locum sic constituit. *nam si quis doleat ejus rebus secundis, a quibus ipse lædatur, non recte dicetur invidere, ut si Hectoris Agamemnon*. Verum hæc lectio vulgata longe deterior est. Primum enim non video, quo pronomen *ejus*, loco sic constituto, referri debeat. Deinde, *lædi ab alicujus rebus secundis*, vix latinum puto. Ad ultimam correctionis partem Bentl. cum priorem antea probare studuisset: „ Quodsi hoc, inquit, satis clarum, illud adhuc clarius est, ut si Hectoris Agamemnon; quod sic plene efferas: *ut si Hectoris rebus secundis doleat Agamemnon*. At, si *Hectori* legas, hæc demum evadet oratio: *Non recte dicetur invidere, ut si Hectori Agamemnon invideat*. Quod ineptum est, et Cicerone indignum." Imo multo aptius est vulgatum *Hectori*; quod sic plene efferri possit: *ut, si Hectori Agamemnon diceretur invidere, hoc non recte diceretur.*

De Offic. l. 3. c. 21. *Capitalis Eteocles, vel potius Euripides* etc. Vel nomina trans-

ponenda, ut legatur: *Capitalis Euripides, vel potius Eteocles*; vel verba *vel potius Euripides*, pro glossa delenda: et hoc mihi magis placet. Nihil enim profecto peccavit Euripides, qui personæ suæ servierit. Nam, si hoc ita esset, nunquam homines, ut revera sunt, possent induci, sed ut esse debebant: et qui mores conscelerati et impuri hominis scripto exprimeret, eodem modo his vitiis affinis posset haberi. Quod a sana ratione alienissimum. Itaque, si ista verba *vel potius Euripides* a Cicerone profecta, eoque ordine, quo hodie vulgo in editt. leguntur collocata sunt; quod mihi quidem haud verisimile videtur; sed tamen, si Cicero ita scripsit, fatendum est, eum sui valde oblitum esse. Nam et c. 29. cum citaret versum Attii:

Fregisti fidem: neque dedi, neque do infideli cuiquam.

Idcirco recte a poëta adhibitum dicit, quia, cum tractaretur Atreus, personæ fuerit serviendum: et in Læl. c. 26. versum affert Terentii: *Negat quis? nego: ait? ajo: postremo imperavi ego met mihi, omnia assentari*; additque: „ ut ait idem Terentius: sed ille sub „ Gnathonis persona." Vulgatæ tamen patrocinium suscipere Ernestus conatur.

In Cat. maj. de senect. c. 7. *Age, ut ista divina omittamus, possum nominare ex agro Sabino rusticos Romanos, vicinos et familiares meos, quibus absentibus nunquam fere ulla in agro majora opera fiunt.*) *Rusticos Romanos* sc. *senes*, quod

quod ex praecedentibus assumendum. Sic locus erit sanus, et non opus Ernesti emendatione, qui pro *absentibus* malit *senibus*, et *non* ante *fiunt* intrudit. Significat Cicero, hos rusticos Romanos, quamvis sint senes, semper tamen adesse operi faciundo. Sic fere a Schellero quoque obss. p. 239. locum explicari, postea vidi.

In Sallustium.

Sall. in Jug. c. 100. *Neque secus, atque iter facere, castra munire*, etc. Verba *atque iter facere*, si absint; nemo credo, desideret: neque conveniunt concisae Sallustii brevitati. Puto a glossatore esse.

Ibid. *Non diffidentia futuri, quae imperavisset.* Perizonius ad Sanct. Min. l. 2. c. 9. locum ita supplet. *Non tam diffidentia futuri negotii eorum, quae imperavisset.* Cortius ad h. l. hoc modo: *Non tam diffidentia futuri ejus omnis, quae imperavisset.* Neutra ratio mihi probatur. Unius litterae mutatione legerim: *Non diffidentia*, FUTURA, (sc. esse) *quae imperavisset.*

In Livium.

Liv. l. 1. c. 15. *Belli Fidenatis contagione irritati Vejentium animi, et consanguinitate, (nam Fidenates quoque Etrusci fuerunt) et quod ipsa propinquitas loci, si Romana arma omnibus infesta finitimis essent, stimulabat, in fines*

Romanos excucurrerunt populabundi magis, quam justi more belli. Putarem antea, hunc locum corruptum esse: nunc, fanissimum esse, mihi persuasum est. Saepe per synecdochen ea tribuuntur animo, quæ toti homini tribuenda erant. Liv. l. 7. c. 28. Ibi prædonum magis, quam hostium animi inventi. Cic. de Invent. l. 2. c. 5. — si quod ad facinus tali perturbatione commotus animus accesserit. Qui tamen locus Ernesto de menda suspectus est: mihi non item. Ibid. c. 10. — nisi animus ejus, qui insimulatur, in eam suspicionem adducatur, ut a tali culpa non videatur abhorruisse. Ib. c. 14. Facilius autem ad inventionem animus accedet, etc. Cic. Epist. ad Div. l. 5. ep. 5. Meus in te animus, quam singulari officio fuerit, et senatus, et populus Romanus testis est. Ad quem locum ita Ernestus: „ Insolens, „ inquit, et notanda forma dicendi, *ani-* „ *mus fuerit.*" Ibid. ep. 13. Præstitimus enim patriæ non minus certe, quam debuimus: plus profecto, quam est ab animo cujusquam, aut consilio hominis postulandum. (edit Ern.) Auct. ad Heren. l. 2. c. 19. — non est incredibile putandum, istius quoque animum ferum crudelem atque inhumanum, cupide ad inimici perniciem profectum, etc. Hirt. de bell. Alexandr. At regius animus, disciplinis fallacibus eruditus, ne a gentis suæ moribus degeneraret, flens orare contra Cæsarem coepit. Plaut. in Trinum. act. 2. sc. 2. vs. 23.

Me-

Meum animum tibi servitutem servire aequum
censui.

Conf. Bentl. ad Horat. Carmin. l. 4. od. 9. vs. 39.

Libr. 2. c. 12. *Ibi cum stipendium forte militibus daretur, et scriba cum rege sedens pari fere ornatu, multa ageret, cum milites vulgo adirent.* Interpretes nihil hic monuisse miratur Schellerus obss. p. 272. hæc non cohærere putans. Vult autem *et* post verba *multa ageret* inseri. Nollem hoc viro docto excidisset. Sæpissime enim, tum Livius, tum optimi quique scriptores copulas omittunt. Exempla, cum singulis fere paginis obvia sint, non est tanti afferre.

Libr. 2. c. 2. *Ne ubiubi regum desiderium esset.* Legendum mihi videtur: *Necubi* etc. Quæ enim viri summi Gronovius et Drakenborchius ad alteram lectionem confirmandam attulerunt, hinc aliena sunt. Vidi postea, Schellerum etiam obs. p. 271. in eadem esse sententia.

Libr. 4. c. 27. *Inde fumo, ut convenerat, datum signum.* Scheller. obss. p. 296. ad h. l. „ Nox, ait, erat. Sed forsan erat „ nox illunis, ut fumus conspici posset etc." Unde tandem sciebat, noctem fuisse? Et, si nox erat *illunis*, qui poterat fumus conspici? Verissima videtur Perizonii sententia statuentis, cum hoc signum daretur, jam lucem ortam fuisse. Et sane, si quis verba: *Inde fumo, ut convenerat, datum signum, ubi conspectum ab dictatore est, exclamat, capta hos-*

tium castra, nuntiarique passim jubet: cum initio sequentis capitis. — *Et jam lucescebat, omniaque sub oculis erant* etc. diligenter conferat, is facile videat, tam arcte hæc inter se cohærere, ut eodem fere tempore, vel saltem non longo temporis interjecto spatio accidisse videantur. *Fumum* autem signum fuisse diurnum; *ignem*, nocturnum, jam ex Homero patet, qui hanc rem elegantissimis versibus descripsit in Iliad. Σ. vs. 207. seqq.

: Libr. 4. c. 49. *Et tribunus plebis, vir acer, nec infacundus, nactus inter adversarios superbum ingenium, immodicamque linguam* etc. Pro *inter adversarios* Schellerus obss. p. 298. mallet *in adversario*: quod non placet. Non enim unum tantum adversarium Sextius habebat, sed quatuor tribunos militum consulari potestate, eo anno creatos. *Superbum ingenium* et *immodica lingua* dicitur pro *homine, superbo ingenio, et immodica lingua prædito*. Sæpe enim, quæ in homine insunt, pro ipso homine ponuntur. Liv. l. 10. c. 22. cum moribus notis facilius se communicaturum consilia: Cic. pro Rosc. Amer. c. 40. In ejusmodi vita, judices, in his tot tantisque, flagitiis, hoc quoque maleficium, de quo judicium est, reperietis. Ter. in Andr. act. 1. sc. 1. vs. 66. Nam, qui cum ingeniis conflictatur ejusmodi. Ib. act. 2. sc. 3. vs. 21. Nam, quod tu speres, propulsabo facile; uxorem his moribus dabit nemo etc. Sic Isocrates in orat. de Bigis (edit. Genev. 651.) p. 694. ἡγοῦμαι γὰρ, καὶ νῦν εἶναι τῶν κοινῶν ἐκ τοιούτων γινόμενον ὑπὸ τούτων ἐθέλειν,

ἐπι-

ἐπιτροπευθῆναι, καὶ τραφῆναι, καὶ παιδευθῆναι. addatur orat. in Lochit p. 784. et Seneca de ira l. 2. c. 31. de benef. l. 6. c 30. monstrabo tibi, cujus rei in qua laborent magna *fastigia* etc. Xenoph. in Cyropæd. p. 234. edit Leunclavii τῷδε ἡ ψυχὴ σῖτον μὲν ὂν προσίετο, διψῆν δεδόκει etc.

Libr. 5. c. 9. *Victi consensu omnium.* Scheller. obss. p. 302. putat, post, vel ante vocem *victi* inserendum esse *hi* sc. *magistratus*, quod facile sentiat lectioni priscorum assuetus. Sed non opus est. Nam et alibi pronomina omittuntur. Vid. Vell. Pat. l. 1. c. 1. et ejusd. lib. c. 12. et ibi Cl. Ruhnken. Adde Vell. Pat. l. 1. c. 1. Missus est ad eum M. Popilius Læpas, qui juberet incepto desistere. Mandataque exposuit.

In Vell. Paterculum.

Vell. Pat. l. 2. c. 5. *Malle integris rebus et conditionibus bellum finire.* Sublata copula *et* legendum puto: Malle integris rebus, conditionibus bellum finire.

In Justinum.

Justin. in Præfat. *Quod ad te, non tam cognoscendi, quam emendandi caussa transmisi, simul ut et otii mei, cujus et Cato reddendam rationem putat, apud te ratio constaret.* Sic omnino legendum. Male nonnulli editores induxerunt *operam*, pro *rationem*; quod nullum sensum habet. Offendit scilicet viros doctos repetitio ejusdem vocis, tam parvo inter-

tervallo. Sed sic etiam alibi loquitur Justinus, velut l. 9. c. 1. Impensas *belli* alio *bello* refecturus. Lib. 16. c. 3. — in Pontum *delati*, urbem Heracleam condiderunt. Et quoniam fatorum auspiciis in eas sedes *delati* erant. Ibid c. 4. *Spoliatos* fortunis, vita quoque *spoliavit*. Lib. 21. c. 1. — ut, quibus *consortium* regni debebat, ne spiritus quidem *consortium* relinqueret. Lib. 23. c. 2. Nec invitam periculo *spiritus* sui emturam, ut extremos viri *spiritus* exciperet. Libr. 30. c. 9. Ad postremum tamen, *petente* eo, induciæ duorum mensium datæ, ut pax quæ in Macedonia non conveniebat, Romæ a Senatu *peteretur*. Libr. 39. c. 1. — præfecti jussu *interficitur*. Alter ex filiis Seleucus, quoniam sine matris auctoritate diadema sumsisset, ab eadem *interficitur*. Ibid. c. 4. — abductaque ei *Selene* uxore, eo indignius, quod ex *Selene* jam duos filios habebat. Libr. 44. c. 1. — Sicut minor *utraque* terra, ita *utraque* fertilior. Nam neque, ut Africa, violento sole torretur, neque, ut Gallia, assiduis ventis fatigatur, sed media inter *utramque* etc. — Neque unus Justinus his ejusdem vocis repetitionibus utitur. Optimi quique scriptores eas frequentarunt. Quod, ne temere dictum videatur, hac occasione paullo copiosius demonstrare conabor; præsertim, cum haud pauci viri docti reperiantur, qui, quasi scopulum, ejusdem vocis repetitionem, non longo intervallo, fugiendam putent, Quod, ut neque necessarium semper est, sic aliquando ne fieri quidem commo-

mo-

modo quit. Sed his missis, quod proposui, probaturus, initium faciam a Cicerone; in quo uno vel innumerabilia hujus rationis exempla occurrunt: ex quibus nonnulla selegisse ero contentus. Cic. Epist. ad Div. l. 3. ep. 7. Illud idem Pausanias *dicebat*, te *dixisse*. Libr. 6. ep. 1. in quatuor continuis comprehensionibus utitur particula *etsi*, sine ulla necessitate: quod si quis hodie faciat, linguæ latinæ, ut bene judicat Manutius, imperitus videretur. Libr. 9. ep. 2. Putabam —— *suspicaturum*, aut dicturum, etiamsi non *suspicaretur*: hic aut metuit, et ea re fugit, aut aliquid fugit, et habet navem paratam. Denique levissime qui *suspicarentur*. —— Hæc ego *suspicans* etc. Ibid. ep. 13. Is cum vitandi *belli* caussa profectus esset in Hispaniam cum M. Varrone ante *bellum*, ut in ea provincia esset, in qua nemo nostrum post Afranium superatum *bellum* ullum fore putarat: incidit in ea ipsa mala, quæ summo studio vitaverat: oppressus enim est *bello* repentino: quod *bellum* etc. Libr. 10. ep. 3. et *præterea* mihi non ignotam in consuetudine et familiaritate suavitatem tuam adjunxit: *præterea* etc. Eod. libr. ep. 28. Hoc vero certum habeto, nisi ille veteranos celeriter conscripsisset, legionesque duæ de exercitu *Antonii* ad ejus se auctoritatem contulissent, atque is oppositus esset terror *Antonio*; nihil *Antonium* sceleris etc. Ibid. ep. 30. *Posteaquam* vidit, se invito legionem ire Pansa; sequi se duas legiones jussit tironum. *Posteaquam* etc. Libr. 11. ep. 20.

20. — nisi *dictum*, quod *diceret*, te *dixisse*, etc. ubi tamen Ernestus dictum deleri malit: et sane commode absit. Libr. 13. ep. 1. *Idem* ut veni Athenas, cum *idem*, ut ad te scriberem, rogasset. Ibid ep. 6. *Et* ego pollicitus sum. — *Id* cum assequi non possum. — *Id* facies etc. Ibid ep. 7. vocem *municipium* variatis casibus undecies adhibuit, saepe sine ulla necessitate repetitam. Eadem epistola aliquoties, haud ita longo intervallo, voculam *etsi* iterat. Libr. 5. ep. 2. Omnes fere periodos in hac satis longa epistola a particula *cum* incipit; tametsi facile aliis particulis variare orationem potuisset. Hoc modo si quis hodie loqueretur, in summam reprehensionem (quae est nostri saeculi elegantia) incurreret. Sed illuc revertor. Libr. 15. ep. 4. Cumque ante adventum meum seditione quadam *excercitus* esset dissipatus, — reliquus *exercitus* esset in Lycaonia; M. Annejo legato, imperavi, ut eos quinque cohortes ad reliquum *exercitum* duceret, coactoque in unum locum *exercitu* etc. Ibid. Itaque exercitum mihi ducendum per Cappadociae regionem eam, quae *Ciliciam* attingeret, putavi. Nam, si me in *Ciliciam* demisissem, *Ciliciam* quidem ipsam propter montis Amani naturam facile tenuissem: (duo enim sunt aditus in *Ciliciam* ex Syria; quorum uterque parvis praesidiis propter angustias intercludi potest: nec est quidquam *Cilicia* contra Syriam munitius:) Libr. 16. ep. 12. Accepimus *conditiones*; sed ita, ut removeat praesidia ex his locis, quae occupavit,

ut

ut sine metu de iis ipsis *conditionibus* Romæ Senatus haberi possit: — sin autem ille suis *conditionibus* stare noluerit: bellum paratum est, ejusmodi tamen, quod sustinere ille non possit: præsertim cum a suis *conditionibus* ipse fugerit. Ibid. Adhuc neminem *videram*, qui te postea *vidisset*. Orat. ad Quirit. post red. Ut aliquando perficeretur — perfecit. Atque hæc ex Cicerone allata exempla sufficiant: quamquam multis partibus plura ex aliis ejus operibus proferre possem. Sed ad alios auctores transgrediar; in quibus principem locum obtinebit Cæsar, qui talibus repetitionibus minime abstinuit. Velut. l. 1. de bell. Gall. c. 48. Eodem *die castra* promovit et millibus passuum sex a Cæsaris *castris* sub monte consedit. Postridie ejus *diei* præter *castra* Cæsaris suas copias transduxit, et millibus passuum II. ultra eum *castra* fecit; eo consilio, uti frumento commeatuque, qui ex Sequanis et Aeduis supportaretur, Cæsarem intercluderet. Ex eo *die dies* continuos V. Cæsar pro *Castris* suas copias produxit. — Ariovistus his omnibus *diebus* exercitum *castris* continuit. c. 49. Ubi eum castris se tenere Cæsar intellexit, ne diutius commeatu prohiberetur, ultra eum *locum*, quo in *loco* Germani consederant, circiter passus DC. ab eis castris idoneum *locum* delegit, acieque triplici instituta ad eum *locum* venit. — Hic *locus* etc. De bell. civ. l. 1. c. 45. Sed IX. legionis milites, elati studio, dum sarcire acceptum detrimentum volunt, temere insecuti fugientes, in *locum* iniquum progre-

di

diuntur, et sub montem, in quo erat oppidum positum Ilerda, succedunt. Hinc se recipere quum vellent, rursus illi ex *loco* superiore nostros premebant, Præruptus *locus* erat, utraque ex parte directus, ac tantum in latitudinem patebat, ut tres instructæ cohortes eum *locum* explerent — ab oppido autem declivis *locus* — hoc pugnabatur *loco*, etc. Hæc ex Cæsare sufficiant. — Nepos etiam sic aliquoties locutus est, velut in Arist. c. ult — quam quod, cum *tantis* rebus præfuisset, in *tanta* paupertate decessit. In Pauf. c. 4. Pausanias, ut audivit, Argilium confugisse in aram, *perturbatus* eo venit — tanto magis Pausanias *perturbatus* orare coepit. Ib. c. 5. Dicitur eo tempore matrem Pausaniæ vixisse, eamque jam magno natu, postquam de scelere *filii* comperit, inprimis ad *filium* claudendum etc. In Dion. c. 1. Legationes vero, quæ essent illustriores, per Dionem *administrabantur:* quas quidem ille diligenter obeundo, fideliter *administrando* etc. In Datam. c. 7. Sed tam cito copias *contrahere* non potuit; a qua re depulsus, cum ea manu, quam contraxerat etc. In Att. c. 20. Nunquam ad suorum quemquam litteras *misit*, quin Attico *mitteret.* In Sallustio nulla, vel certe paucissima ejusmodi repetitionum occurrunt exempla. In Livio etsi plura exempla inveniri non dubito; tamen non nisi unum mihi notavi e libr. 44. c. 40. ubi hæc verba leguntur: Quum otium ad flumen esset, neutris lacessentibus, hora circiter quarta *jumentum* e manibus curan-

rantium elapsum, in ulteriorem ripam effugit: quod quum per aquam ferme genu tenus altam tres milites sequerentur: Thraces duo id *jumentum* ex medio alveo in suam ripam trahentes; altero eorum occiso, receptoque eo *jumento* ad stationem suorum se recipiebant. Sic Curt. l. 5. c. 2. Itaque *pedes*, cum imum gradum non contingerent, unus ex regiis pueris mensam subdidit *pedibus*. Idem aliis etiam locis ad eandem rationem locutus est.

Possem multo plura cum ex his ipsis, tum ex aliis etiam auctoribus harum repetitionum afferre exempla. Sed vereor, ne hæc jam nimis sint multa. Non possum tamen, quin hoc loco afferam id, quod de hac easdem voces repetendi consuetudine dicit Quintilianus Instit. orator. l. 8. c. 3. (edit. Bipont.) „ Sed hoc quoque, inquit, cum a „ prudentibus fit, schema dici solet, sicut „ ταυτολογία, id est, ejusdem verbi, aut ser„ monis iteratio. Hæc enim, quamquam non „ magnopere summis auctoribus vitata, in„ terim vitium videri potest: in quod sæpe „ incidit etiam Cicero, securus tam parvæ „ observationis; sicut hoc loco: *Non solum* „ *igitur illud judicium judicii simile, judices,* „ *non fuit.*"

Hæc ille. Nunc ad Justinum revertor. Libr. I. c. 5. *Animum duntaxat minacem in illo fregit. In illo* est *illius*, sc. *Cyri*. Sensus est. *Astyages contentus fuit animum Cyri ferocem et superbum repressisse et contudisse.* Male ceperunt interpretes.

Libr. 5. c. 1. *Mysteria Cereris, initiorum sacra, nullo magis, quam silentio, solennia. Nullo* est *nulla re.* Quintil. Instit. orator. l. 2. c. 6. Quatenus *nullo* magis studio, quam spe gaudent. Libr. 2. c. 16. Et hercle Deus ille princeps, parens rerum — *nullo* magis separavit hominem a ceteris etc. Libr. 5. c. 14. Epicherema autem *nullo* differt, a syllogismis. Tacit. annal. l. 3. c. 15. *nullo* magis exterritus est. Sic *alia* ponitur pro *alià re*, apud Sueton. in Aug. c. 98. ubi vid. interpp. et apud Quintil. l. 12. c. 10. et alibi. Nihil igitur caussæ erat, cur quidam interpretes in hoc loco hærerent.

Libr. 9. c. 3. *Ea primum fides inopiæ Scythicæ fuit.* sc. *Philippo.* Locus igitur sanus.

Libr. 38. c. 3. *Quod olim meditabatur.* Vorstius mavult *olim* deleri, quod a quibusdam editt. absit. Non cepit vir doctissimus vim hujus particulæ. Significat enim h. l. ut sæpe, *jam ante longum tempus, jam multo ante.* Scilicet Mithridates jam diu ante bellum meditatabatur Romanis inferre; quod ipse Justin. eod. cap. docet, ubi: „ nam omnes, inquit, „ has gentes, Romanum meditabundus bel„ lum, variis beneficiorum muneribus jam „ ante illexerat." Eodem fere modo occurrit hæc vox apud Plinium ep. l. 2. ep. 10. quod ego *olim* pro te non temere præsumo. Libr. 6. ep. 34. a quibus *olim* amaris, suspiceris, ornaris. Libr. 8. ep. 9. *Olim* non librum in manus, non stilum sumsi. *Olim* nescio, quid sit otium. Ceterum *olim* ad omnia tempora solet referri. Vid. Interpp. ad Plaut. Milit.

lit. gloriosi act. 1. sc. 1. vs. 2. Apud Plautum sæpe significat *tunc*, s. *eo tempore*; velut hoc loco, quem laudavi, et in Poenulo Act. 1. sc. 2. vs. 143. et alibi.

Libr. 43. c. 2. *Addita injuriæ specie honoris.* Hunc locum non intellexerunt viri summi, Grævius et Vossius: *Injuriæ* est dandi casus, qui a verbo *addita* pendet. Nihil igitur mutandum.

In Aquilam Romanum.

Aquil: Rom. XXI. *Sunt igitur figurarum elocutionis aliæ.* Cl. Ruhnkenius ad h. l. „ Capella: *elocutionis aliæ.* Perperam." Mihi, quod pace tanti viri dictum sit, unice verum videtur *elocutionis*. *Aliæ figurarum* dicitur pro *aliæ figuræ*, noto loquendi genere. Altera illa lectio, quam edidit Ruhnkenius mihi haud commodum sensum videtur habere.

XXXIX. *Differt autem perexiguo proxima a superiori figura.* Ruhnkenius ad h. l. „ Emenda: *Differt autem perexiguo, et proxima est superiori figuræ.* R. Stephanus vocem *proxima*, cui quid faceret, non reperiebat, e textu ejecit." Mihi quidem nullum est dubium, quin locus, transposita vocula *a* sanari possit, si legamus: *Differt autem perexiguo a proxima superiori figura. Proximus superior*, vel *proxime superior* (nam utrumque rectum est) de eo dicitur, *qui proxime abest*, et tam de loco, quam de re dicitur. Prior forma est apud. Cicer. de nat. Deor. l. 3. c. 21. —

tertiæ (Jove tertio) Piero natæ, et Antiopa, quas Pieridas, et Pierias solent poetæ appellare, iisdem nominibus, eodem numero, quo *proximæ superiores*, ubi tamen Ernestus, edidit *proxime superiores*. Gell. Noct. Attic. l. 15. c. 7. Nocte quoque ista *proxima superiore*, quum librum epistolarum divi Augusti — legeremus etc. Libr. 17. c. 2. quum librum legimus biduo *proximo superiore*. *Proximus prior*, est apud Tacit. Annal. l. 1. c. 77. At theatri licentia *proximo priore* anno coepta, etc. *Proximus inferior* apud Cic. de nat. Deor. l. 2. c. 20. Huic autem *proximum inferiorem* orbem tenet πυρόεις, qua stella Martis appellatur. Ubi Ern. edidit *proxime inferiorem*.

In Eutropium.

Eutrop. l. 1. c. 1. *Ut qui plurimum minimumque tradunt*. Non satis mihi de sensu hujus locutionis, quæ l. 10. c 9. recurrit, liquere fateor. Verheyk, nisi fallor, sic supplet: *ut eos præteream, qui plurimum minimumque tradunt*. Quam dura ellipsis! quam plena negligentiæ! Equidem puto, nihil aliud his verbis significari posse, nisi, *ut eos, qui in temporum ratione computanda, semper plurimum, et eos, qui soleant minimum tradere, de hoc numero inter se consentire*; ut constructio sit: *ut tradunt illi, qui tradunt plurimum minimumque*. Utrum hoc verum sit, nec ne, ipse viderit Eutropius: nam nihil ad nos.

In

In Terentium.

Terent. in Andr. act. 4. sc. 2. vs. 25. ubi cum Davus promisisset Pamphilo, et Charino, se invenisse consilium quoddam impediendarum nuptiarum, quæ Pamphilo parabantur, utrumque rogat, ut abeant. Verba ejus hæc sunt.

Proinde hinc vos amolimini: nam mihi impedimento estis. Quod cum audivisset Pamphilus, statim subjungit: *Ego hanc* (sc. *Glycerium*) *visam:* itaque abiit. Verum cum Charinus, cujus etiam abitum exoptabat servus, ut, quod consilium ceperat, perficeret, adhuc resisteret, dixit ipsi Davus: *Quid tu? quo hinc te agis?* Respondet Charinus. *Visne verum dicam?* Atqui non opus erat eo prooemio: nihil enim adeo Davi intererat scire, quorsum abiret Charinus. Respondet Davus. Immo etiam *Narrationis incipit mihi initium,* Quomodo narrationem exspectare Davus poterat, si nihil dicturus erat Charinus, nisi, quo abire vellet? Jam iterum Charinus, cum ante rogasset, *velletne se verum dicere,* et Davus forte annuisset, dicit: *quid de me fiet?* Quæ neutiquam cohærere, quis non sentiat? Levi igitur mutatione legendum censeo: *quid tu?* QUIN *hinc te agis?* Jam cohærent omnia. Etenim, cum digresso Pamphilo, restitisset adhuc Charinus, interrogat eum Davus: *quare tu, hic remanes? quin hinc abis?* Respondet Charinus: *verum vis dicam? quid de me fiet?* h. e. *caussa, cur remanserim hic, est, quia, prius quam abirem, scire ex te volui, quid me*

futurum sit, an aliqua mihi relicta sit spes, ducendæ Philumenæ, ac tu mihi consilium in hac re dare, vel operam præstare possis.

Scio contra hanc rationem objici quædam posse. Itaque, si quis vulgatam sanam esse putat, ejus judicium a meo discrepare, non moleste feram. Ceterum, notatu non indigna sunt, quæ ad hunc locum observat Donatus: „ Pro initio, inquit, sedulæ narra„ tionis hoc sumimus. Ac sic respondet „ Charinus, tanquam qui intelligat, non dis„ cere velle Davum, quo eat, sed id agere, „ ut abscedat."

In Eun act. 3. sc. 2. vs. 10. *Bene fecisti; hodie itura.* Merito dubitat Donatus, *quid bene fecerit Parmeno?* quod nemo facile divinaverit. Suspicor legendum. *Bene venisti* h. e. in ipso tempore venisti, quo exitura eram; igitur, si paullo serius venisses, non amplius me offendisses domi.

In Adelph. act. 2. sc. 2. vs. 15. seqq.

Age novi tuum animum: quasi jam usquam tibi sint viginti minæ.
Dum huic obsequare, etc.

Donatus ad h. l. „ Deest, ait, *liberalem.*" etc. Explicant autem vulgo cum Donato: *Quasi numero in aliquo ducas, et in aliqua æstimatione constituas: et non si velis, penitus contemnas viginti minas, dummodo huic obsequare.* Quam sententiam acutissimo etiam Bentlejo huic loco aptam videri, valde miror. Enimvero, qui omnes hujus scenæ partes diligenter inter se contulerit, nullo negotio videbit, hanc

hanc sententiam alienissimam esse a mente Terentii. Qui enim leno avarissimus, et qui ne tantillum quidem de jure suo decedere vellet, *liberalem* animum habebat? Quodsi autem hoc ironice dictum capias, mirum in modum frigidum et ineptum esse, quis non sentit? Itaque locum corruptum esse satis patet. Mihi valde placet Tydemanni V. Cl. emendatio, quam mecum communicavit, pro *usquam* legentis *nusquam*:

Age, novi tuum animum: quasi jam NUSQUAM tibi sint viginti minæ,
Dum huic obsequare etc. Quod ita explicat: *Novi tuum animum meticulosum, et suspicacem, quasi jam tibi periissent viginti minæ, si huic morem gessisses.* Confirmatur hæc emendatio iis, quæ supra, act. 2. sc. 1. vs 49, 50. dixerat leno.

Age, jam cupio, modo si argentum reddat. Sed ego hoc hariolor.
Ubi me dixero, dare tanti, testes faciet ilico,
Vendidisse me, de argento somnium: mox; cras redi, etc.

In Adelph. Act. 2. sc. 2. vs. 26.

Jamne enumerasti, quid ad te rediturum putes?

Sensus est. *Jamne rationes subduxisti, quantum lucrum ad te rediturum sit ex venditione mulierum in Cypro?* Respondere videtur ad præcedens Sannionis dictum vs. 19. *nusquam pedem* etc. ut eum a consilio persequendi juris deterreat.

OBSERVATIONES IN AUCTORES GRÆCOS.

In Euripidem.

Eurip. in prol. Phoen. vs. 30, 31.

— ἡ δὲ τὸν ἐμὸν ὠδίνων πόνον
Μαστοῖς ὑφεῖτο, καὶ πόσιν πείθει τεκεῖν.

Miror nihil ad h. l. monuisse Cl. Valkenarium. Nam hæc sane narratiuncula mira admodum et incredibilis videtur. Si enim concedamus, Meropen marito suo persuasisse, se peperisse Oedipum, anne verosimile etiam videtur, eam marito suo narrasse, cum istis pedibus perforatis, unde nomen *Oedipi* eum traxisse refert Euripides, infantem in lucem editum? Atqui nusquam, neque ex Sophoclis Oedipo tyranno, neque ex Euripidis Phoenissis apparet, Dolybum ignorasse, Oedipum aliunde in domum suam venisse, non ex se genitum. Rem sic puto intelligendam. Merope pepererat filium: quo statim post partum defuncto, affertur ipsi a pastoribus Oedipus. Hunc igitur in solatium recens amissi filii adoptare, et pro suo educare statuit,

tuit. Quod consilium ubi cum marito communicavit, ei persuadet. Hinc legendum puto:

— ἡ δὲ τὸν ἐμὸν ὠδῖνα πόνον
Μαστοῖς ὑφεῖτο, καὶ πόσιν πείθει τρέφειν.

h. e. *et marito persuadet, ut infantem alant.*

Ib. vs. 60.

Ὁ πάντ' ἀνατλὰς Οἰδίπους παθήματα.

Hunc versum spurium judicat Cl. Valkenar. Sane hoc temporis articulo nondum Oedipi omnis calamitas expleta erat. Nam Eteocles et Polynices nondum mutuis vulneribus interierant. Sed non credebat Jocasta, majorem imminere Oedipodi acerbitatem. Quapropter in fine prologi Jovem precatur, ut, malis suis finem tandem faciat. ἀλλ' ὦ φαεννὰς etc. Commode igitur, meo quidem judicio, potuit dicere. *Oedipum, qui patrem inscius occiderat, matremque duxerat uxorem, deinde oculos sibimet eruerat, omnes calamitates pertulisse.* Neque versus Sophoclis:

Ὁ πᾶσι κλεινὸς Οἰδίπους καλούμενος.

(Quem, ab ipso Oedipo recitatum, Jocastæ, memoriæ lapsu tribuit Valken.) huc pertinet. Nam hoc de se dicit Oedipus, cum plane nesciret, interfectorem se esse Laii. Deinde apud Sophoclem in Oedip. tyr. vs. 1427. ipse dicit Oedipus:

— τὰ 'μὰ γὰρ κακὰ
Οὐδεὶς οἷός τε, πλὴν ἐμοῦ, φέρειν βροτῶν.

Hæc cum ita ſint, equidem verſum Euripide dignum judico.

Eurip. Iphig. in Aul. vs. 442.

Οἴμοι τί φῶ δύστηνος; ἄρξομαι πόθεν.

illud πόθεν mihi non placet. Puto legendum.

Οἴμοι τί φῶ δύστηνος; ἄρξομαι ΠΟΘΕΝ;

Theocrit. ἰδυλλ. β. vs. 64.

Νῦν δὴ μώνη ἐοῖσα, πόθεν τὸν ἔρωτα δακρυσῶ;
Ἐκ τίνος ἄρξωμαι; etc.

Plat, in Parmen: oper. tom: 10. (edit. Bipont.) p. 93. πόθεν οὖν δὴ ἀρξόμεθα; καὶ τί πρῶτον ὑποθησόμεθα; ἢ βούλεσθε, ἐπειδήπερ δοκεῖ πραγματειώδη παιδιὰν παίζειν, ἀπ' ἐμοῦ ἄρξωμαι καὶ τῆς ἐμαυτοῦ ὑποθέσεως etc.

In Hecub. vs. 902.

Γένοιτο δ' εὖ πως. πᾶσι γὰρ κοινὸν τόδε. etc.

Hoc, quid ſit, non intelligo. Legendum puto.

Γένοιτο δ' εὖ πως, πᾶσι γὰρ ΚΑΛΟΝ τόδε.

Omnibus hoc, (ſimul ſumtis) et unicuique peculiariter et civitati prodest. Vidi postea in bi-

bibliotth. Crit. Musgravium correxisse κρεῖσσον, Sed καλὸν propius ad vestigia vulgatæ lectionis accedit. Ceterum scholiastes κοινὸν explicat καταθύμιον: unde apparet, eum aliam lectionem in libro suo habuisse.

In Sophoclem.

Soph. in Elect. vs. 687. seqq.

Εἰσῆλθε λαμπρὸς, πᾶσι τοῖς ἐκεῖ σέβας,
Δρόμου δ' ἰσώσας τῇ φύσει τὰ τέρματα
Νίκης ἔχων ἐξῆλθε πάντιμον γέρας.

Secundum horum versuum sic puto legendum:

Δρόμου δ' ἰσώσας τῇ φύσει τὰ ΘΑΥΜΑΤΑ.

Cum cursus miraculum formæ æquasset. h. e. *cum miram currendo celeritatem cum formæ bonitate conjunxisset.* Eadem fere sententia est apud Pindar. Olymp. od. 8. vs. 9, 10.

ἦν δ' ἐσορᾶν καλὸς, ἔργῳ
τ' οὐ κατὰ εἶδος ἐλέγχων.

S.

S. NYHOFF

DIATRIBE CRITICA

IN LIVIUM.

Caput 2.

Lib. XXI. Cap. 8. *Itaque, quo* acrius *et conferti magis utrimque pugnabant, eo plures vulnerabantur, nullo inter arma corporaque vano intercidente telo.* Hic locus, quem nemo, quantum sciam, suspecta fide habuit, mihi sanus non videtur; quod enim *nullum inter arma corporaque vanum intercideret telum*, hoc quidem ex *conferta*, non vero ex *acri* pugna oriri potuisse videtur: licet enim summo utrimque dimicarent impetu, tela tamen omnia *cum scutis corpora transfigerent* non erat necesse. Hujusce igitur mali idoneam magis rationem a Livio allatam puto, in eo sitam, quia *in angusto loco* pugnabant. *Justae* quippe *acies, velut patenti campo, inter ruinas muri tectaque urbis, modico distantia intervallo, constiterant.* Res in *angusto illo loco*, uti in patenti campo, agebatur. Hinc complura vulnera, hinc nullius teli frustraneus ictus; nullo enim modo inter rui-

ruinas muri, tectaque urbis, *medico*, h. e., breviore distantia intervallo, pugnantes sese explicare poterant. Quæ cum ita sint, legendum arbitror: *Itaque, quo* artius *et conferti magis utrimque pugnabunt, eo plures vulnerabantur, nullo inter arma corporaque vano intercidente telo. Artius*, h. e., angustiore spatio; *conferti magis*, i. e., constricti. Alterum locum spectat, pugnantes alterum. *Quo artius, et conferti magis utrimque pugnabant*, interpretor, quo magis conferti in artum locum. *III.* 6. *agrestem, confertum in arta tecta. II.* 50. *Quæ res et paucitatem eorum insignem, et multitudinem Etruscorum, multiplicatis in arto ordinibus, faciebat.* V. 26. *partim artis, partim arduis viis. Artius*, non *arctius* scripsi, monente Drakenb. *ad l. l.* II. 50. *artum*, non *arctum*, in optimis semper membranis reperiri. Gebhard. autem ibidem docet *artiore* et *acriore* a librariis confundi. *IV.* 34. *nec nunc lato satis ad hoc amne, et tunc aliquanto, ut a veteribus accepimus, artiore*; in Pal. sec. quippe est *acriore*.

Prox. seqq. *Falarica erat Saguntinis, missile telum hastili* oblongo *et cetera tereti præterquam ad extremum, unde ferrum exstabat.* Falaricam descripsit Festus in *voce*, egitque accurate de ea Lips. 5. *poliorc.* 5. Vid. V. V. D. D. ad h. l. Mirum sane, quantopere Codd. et Edd. Vett. in edenda voce, quam vulgo *oblonga* legunt, discrepent; quam diversitatem diligenter, præter alios, adnotavit V. Cl. Drakenb., qui nonnullorum M. S. S. fide, imprimis Cantabrig.,

post

post Jac. Gronov., non tantum legit; sed recepit *abiegno*, veruntamen, an caute, dubito. Livium enim *falaricam* describentem, adeo non attendisse ad ligni genus puto (nam id non tam singulare; notae quippe sunt ex antiquis *sagittæ abiegnæ*, teste ipso Jac. Gronov. ad h. l.) quam missilis teli speciem et usum ostendere voluisse. Quæ sequuntur, quod omnia eo spectant, ita suspicari jubent. Mihi quidem, hæc diligenter mecum animo reputanti, quandoquidem in plerisque M. S. S. corrupte legitur *abligneo*, vel *a ligneo*, unde arbitror *abiegno* confictum, et vetus liber, teste Gebhardo ad h. l., *hastili ligno oblongo* habet, tandem in mentem venit scripsisse Livium: *Falarica erat Saguntinis, missile telum hastili* oblongo igneo, sive igneo oblongo, *et cetera tereti, præterquam ad extremum, unde ferrum exstabat. igneo*, i. e., ardenti, *quia*, ut, quæ sequuntur, docent, *ad extremum, unde ferrum exstabat, ut in pilo quadratum, circumligabant hastile stuppa, linebantque pice, mediumque accensum mittebant telum*; atque sic adhibet Caesar *fervefacta jacula*, *B. Gall.* V. 43. *Vid. Davis.*, et *hastam ardentem* Tacit. *IV. Histor. c.* 23, et *ardentia pila* Idem *Annal. XV. 7.* memorat. Nam locum illum Taciti, corrupte, ut puto, editum, legunt: *Pila militum arsere, magis insigni prodigio, quia Parthus* hostis *missilibus telis decertat.* Quæro enim, magisne insigni prodigio Romanorum pila arserint, quia Parthi missilibus telis decertarent. Id sane militibus Romanis tam terribile videri

non

non poterat, si hoc telorum genus Parthis isto tempore usitatum esset. Nec quoque ideo *ardere* pila portenti nomine necesse erat, quod Parthi missilibus uterentur telis; nam non omnia missilia *ignita* mittebantur. Subtile igitur mendum in hoc Taciti loco inesse puto. Parthos scilicet, Neronis temporibus, *missilibus telis* pugnare solitos non fuisse colligo ex ipso Tacito, *h. lib. c.* 4. *Sed Partho ad exsequendas obsidiones nulla comminus audacia: raris sagittis, neque clausos exterret, et semet frustratur.* Vid. porro, quae affert Lips. *in adnot. ad Poliorc.* I. 3. Erat ergo tristissimi ominis, si a Parthis, contra pugnandi morem, non ex more, ardentia tela missum iri per ignita pila portenderetur. Moestum tamen omen eventu confirmatum testis est Tacit., *h. lib. c* 11. Namque Tarquitius Crescens turrim, in qua praesidium agitabat, defendere ausus fecit saepius eruptionem, ceciditque, qui Barbarorum propius suggrediebantur, donec *ignium jactu* circumveniretur. An igitur Tacitus scripsit? *Pila militum arsere, magis insigni prodigio, quia Parthus non istis missilibus telis decertat.*, i. e., quia sic Parthos contra suam certandi consuetudinem hoc bello etiam ardentibus hastis usuros esse portendebatur. Hoc utique ominosum erat, nec belli prospere eventuri spem faciebat. *Non istis* facile in *hostis* abire potuit, quia scriptum erat *nō istis*, unde librarii *hostis* fecerunt, quod eo magis verisimile, quando vox *hostis* ceteroquin abundet.

Eod. h. cap. *Ferrum autem tres in longum ha-*

habebat pedes, ut cum armis transfigere corpus posset. Drakenb. fide imprimis Cod. Cantabr., Jacobum Gronov. secutus, edidit: *ferrum autem tres longum habebat pedes*, omissa præp. *in*, recte putans, ferrum a Livio accusandi casu positum. Veruntamen librarios etiam hic loci minus in describendo diligentes fuisse existimaverim. Ferrum quippe exstabat ab extremo. *Id*, i. e., extremum, sicut in pilo quadratum, stuppa circumligabant, linebantque pice. Pergit autem: *Ferrum autem tres inde longum habebat pedes*. *Inde*, i. e., ab isto extremo teli ferrum exstabat tres pedes. Et sic frequenter iidem librarii lapsi sunt, *in*, h. e.; *inde* mutantes in præpos. *in*. *XXV*. 22. vulgo *legitur: Q. Fulvium Collegam invenit, Casilino omnia inportantem.* Ex M.S.S. V. V. D. D. *Collegam invenit Casilini*, *omnia* inde *portantem*. *X*. 20. inde *tertia vigilia moturum*. In nonnullis illic Codd. inventum est in *tertia vigilia*, ubi plura ejusdem generis exempla summa diligentia congessit Drakenb.

Ceterum, quæ sequuntur, *Sed id maxime, etiamsi hæsisset in scuto, nec penetrasset in corpus, pavorem faciebat, quod cum medium accensum mitteretur, conceptumque ipso motu multo majorem ignem ferret, arma omitti cogebat*, rel., alia, quam hactenus fecere, instituta interpungendi ratione, adjuvari possunt, et debent. *Comma* quippe post *maxime* delendum. *Ferrum* enim non pavorem faciebat, neque id medium accensum mittebatur; sed, *etiamsi id maxime*, i. e., maxima parte *hæsisset in scuto*, *nec*

nec penetrasset in corpus, pavorem faciebat, quod cum medium (telum) *accensum mitteretur*, rel.

Cap. 9. (Annibal) *literas igitur nuntiosque ad principes factionis Barcinæ præmittit, ut præpararent suorum animos, ne quid pars altera* gratificari *pro Romanis posset. Gratificari aliquid pro aliquo* obscura locutio, nec facile alibi obvia, ut Donjatius ad hunc locum observavit, cui adsentiri videtur Ant. Perizon., item Drakenb., qui probat Perizon. conjecturam *gratificari populo Romano*, eumque hoc nomine laudat Ernest. *Gloss. Liv.* in *voce*. Interim miror quodammodo, neminem vidisse, *gratificari* verbum hujus loci non videri. Est enim *gatificari*, rem alicui gratam facere, uti notum. Quaeritur autem, quomodo illud Annibal, vel maxime literas, nuntiosque praemittendo ad Barcinae factionis principes, plane impedire potuerit. Nam, ut *altera pars* quid gratum faceret populo Romano, conatus eorum effectum sortirentur, non erat necesse, si animos modo suos, a Romanis non alienatos, ostenderent. Ita Hanno, oratione sua in Annibalem invehendo, rem Romanis gratam fecit, vid. cap. prox. Hinc ergo quum non levis oriatur dubitatio, an *gratificari* verbum in huncce locum conveniat, veri investigandi viam ingressus, Livium forsitan scripsisse reperi: *Literas igitur nuntiosque ad principes factionis Barcinae praemittit, ut praepararent suorum animos, ne quid pars altera* pacificari *pro Romanis posset. Pacificari*, componere contra Barcinos pro Romanis, ne Romana moverentur arma. Hanc rem

tentando, vid. cap. prox., rem quidem Romanis gratam fecit Hanno; quia vero Barcinorum animi praeparati erant, nihil effecit; nam, *praeterquam quod Romanorum legati admissi auditique sunt, ea quoque vana atque irrita legatio fuit. Pacificari* autem studuit ita censendo, sub f. cap. prox., *Legatos ex templo Romam mittendos, qui senatui satisfaciant; alios, qui Annibali nuntient, ut exercitum ab Sagunto abducat, ipsumque Annibalem ex foedere Romanis dedant. Tertiam legationem ad res Saguntinis reddendas decernit. Pacificari* Livio adhibitum. *V.* 23. *Inter haec pacificatum legati a Volsis et Aequis venerunt. XXVII.* 30. *Adhibitus ab Aetolis, et ex finitimis pacificator Amynander.* Justin. *VI.* 1. *Itaque Dercylides. — pacificandum cum altero statuit. XXIII.* 1. *Agathocles, rex Siciliae, pacificatus cum Atheniensibus.*

Cap. 10. *Itaque, praeterquam quod admissi auditique* non *sunt, ea quoque vana atque irrita legatio fuit.* Nonnulli Script. et Vet. edit. omittunt *non*, neque, ut recte post alios statuit Drakenb., adesse potest, nisi Livius sibi ipse fiat contrarius. Interim tamen tam stupidos fuisse nonnullos Livii Descriptores, ut hoc et illi non viderent, vix credo. Res enim ipsa loquebatur. Equidem potius existimaverim, librarios quosdam, non ex suo quasi ingenio, negandi particulam Livio addidisse, sed in describendo, ut solebant, negligentes aliud pro alio posuisse. Locum ergo eorum esse, qui luce indigerent, ratus, omittendum eum non putavi. Jure, an

an injuria, alii videant. Num igitur ab hoc loco aliena exiſtimes? *Itaque, praeterquam quod admisſi auditique* modo *ſunt, ea quoque vana atque irrita legatio fuit. Modo*, h. e., tantum. Hanc autem particulam ſenſum poſtulare loci nemo non videt. *III.* 52. *Id modo ſimul orant, ac monent.* Eod. cap. ſeq. *De decemvirorum modo ſupplicio atrox poſtulatum fuit. VI.* 14. *Non enim jam orationes modo M. Manlii intuendae erant. IX.* 8. *Quum omnes laudibus modo proſequentes virum, in ſententiam ejus pedibus irent, tentata pauliſper intercesſio est ab L. Livio, et Q. Maelio, tribunis plebis.* Ubi Faber hanc vocem falſo exulare jubet, vid. illic Drakenb. Noſtro in loco errori forte anſam praebuit, quia *modo* per ſcribendi compendium, ad ſententiam non attendentes, in *non* pro *modo* corrupte verterent.

Prox. ſeqq. *Hanno unus adverſo ſenatu cauſam foederis*, magno *ſilentio, propter auctoritatem ſuam*, cum *asſenſu audientium egit.* Rubenius *I. elect.* 18. primus emendavit *non adſenſum*, eumque ſequitur J. Fred. Gronov., et Drakenb. Gruterus putat, verba *cum adſenſu audientium* interpretationem esſe imperiti librarii praeced. *magno ſilentio.* Barthius tandem *audientium* intelligit aliorum praeter ſenatum, 14. *Adverſ.* 10. Servant utique et M.S.S., et Edit. *cum adſenſu.* In ſolis Voſſ. et Harl. *non adſenſum* fuisſe, ex eorum excerptis teſtatur Drakenb., quibus tamen V. Cl. non omnem fidem habere videtur. Etſi vero ſenatum Carthaginienſem Hannoni, foederis cauſam agenti, adſenſum non prae-

buisse constat; idcirco tamen is unus foedus defendisse videtur. Scire autem debuerat, se, adverso senatu, dicentem, oratione sua, ad Barcinos magis magisque offendendos composita, parum profecturum: *offensum* quippe *est*, teste Cic. I. *de invent. c.* 49., *quod eorum, qui audiunt, voluntatem laedit.* Interim *agere adsensum audientium* dubia videtur locutio, praesertim, si copulentur, *agere causam*, *non adsensum.* Cic. *de N. D. II.* 2. habet, *assensu omnium dicere*, item *ad Divers. X.* 16. *ego eam sententiam dixi, cui sunt adsensi ad unum.* Quid ergo? Livio indigna sunt? *Hanno unus adverso senatu causam foederis* magis *silentio, propter auctoritatem suam*, quam *adsensu audientium egit. XLII.* 46. *Magis et literae et verba legatorum benigne sunt audita, quam momentum ad mutandos animos habuerunt: potentior e se partis melioris auctoritas coeperat. Magis* ex *magno* feci; credibilis enim error, a librariis commissus. *Magnis* et *magis* eos confudisse docet Cort. ad Sallust. *bell. Jugurth.* 16., et Drakenb. *ad Liv. X.* 40. Ob seq. *silentio* fortasse *magno* depravarunt, idque, quia *magis* per scribendi compendium expressum erat, legere sibi visi sunt. *Magno* quoque non necessario adest *silentio*, quod *adsensu* nude ponitur. Omittitur quoque *III.* 72., l. a. Gronov. l., *Quum Scaptium non silentio modo, sed cum adsensu audiri animadvertissent. Cum* abire jussi in *quam*; quia enim *magno* scripserant, alterum ex altero confectum. *Adsensu agere* accipiatur, ut *adsensu excipere VIII.* 6., et *adsensu dicere*, Cic. *l. ante l.* Faciliorem fa-

fateor mutationem praep. *cum* in *non* futuram fuisse; sed primum, an particula *non*, si unquam Livii fuisset, ab omnibus et M. S. S., et Edit. abfuturam putes? Deinde *non omnis* senatus Annibalis erat, sed *prope* omnis. Cap. seq., et supra *h. lib* 4., *Pauci, ac ferme optimus quisque Hannoni adsentiebantur*, Annibalem domi sub legibus, sub magistratibus habendum, censenti. Nonne ergo illis convenientius, *Hannonem magis silentio, quam assensu audientium foederis causam egisse*, quam *audientes ei non esse assensos*, h. e., nullo audientium excepto.

Eodem Cap. *Non manes, non stirpem ejus conquiescere* Viri: *nec unquam, donec sanguinis nominisque Barcini quisquam superfit, quietura Romana foedera*. An credibile Hannonem, adversae partis principem, Amilcarem, Barcinorum ducem, *Virum* appellasse, praesertim cum pene tota oratio ad contemtum ejus, filiique sit composita? Supra *h. lib.* 3. *Regem* eum contumeliose vocat; hoc vero Cap. *Martem alterum, ut isti volunt.* An et hic eum eodem sensu *Virum* dixerit, nec satis constat, nec verborum junctura sic existimari finit. Quae cum ita sint, *Viri* nomen hujus loci non est. *V.* 43. *indignando, mirandoque, ubi illi Viri essent, qui secum — Vejos cepissent. VI.* 6. In honorem Camilli legitur: *Regimen omnium rerum, ubi quid bellici terroris ingruat, in Viro uno esse — quod Majestati ejus Viri concessissent.* En dubitandi ratio. Quid conjecerim, addam; namque lego: *Non manes, non stirpem ejus conquiescere*

videre: *nec unquam, donec sanguinis nominisque Barcini quisquam superfit, quietura Romana foedera.* *Videre* verbum ad Hannonem pertinet, h. e., *se intelligere;* pronomen certe, ut peritis notum, facile abest. *XLII.* 50. *non esse admirabilius Romanos Graecia pelli, quam Annibalem Italia pulsum esse: neque, Hercule, videre, qui conveniat.* *Videre* refertur ad praesens et futurum tempus, uti *VII.* 30. *Pugnavimus verbo pro Sidicinis, re pro nobis, quum videremus, finitimum populum nefario latrocinio Samnitum peti, et, ubi conflagrassent Sidicini, ad nos trajecturum illud incendium esse.* Pari modo alia verba adhibet. *VI.* 6. *se vero bene sperare*, Patres, *et de bello, et de pace, universaque republica* erecti gaudio fremunt, *nec dictatore unquam opus fore reipublicae, si tales viros in magistratu habeat*, et sic saepius.

Eod. Cap. *Aluistis* ergo *hoc incendium, quo nunc ardetis.* *Ergo*, licet a librariis Livio saepius inconsulto additum sit, vid. Drakenb. *h. lib.* 8., quia tamen hic agnoscunt M. S. S. et Edit., praeterquam quod unus modo et alter *igitur* et *enim* habet, praesertim, cum loci sensus non refragetur, haud damnaverim. Interim idem Hanno, *h. lib.* 3., Annibalis Juvenis, ad exercitum non mittendi auctor, hanc reddit causam, *ne quandoque parvus hic ignis ingens incendium exsuscitet.* Quapropter malim: *Aluistis* ingens *hoc incendium, quo nunc ardetis.* Barcini quippe auctoritatem viri non secuti, quandoquidem pauci, at ferme optimus quisque,

que, ei adſentiebantur, juvenem, regni cupiditate flagrantem, ad Asdrubalem in Hiſpaniam miſerant, effecerantque, ut *parvus ille ignis* exſuſcitasſet *ingens hoc incendium*, quo nunc arderent. Quod vero attinet ad ea, quae proxime ſequuntur: *Saguntum Veſtri circumſident exercitus; unde arcentur foedere: mox Carthaginem circumſidebunt Romanae legiones, ducibus iisdem Diis, per quos priore bello rupta foedera ſunt ulti*, quamvis miram quodammodo, et obſcuram referre orationis juncturam videantur, quod praecedunt *Romanae legiones*, quibus genere accommodata fuisſent *ſunt ultae*, non *ulti*; recte tamen et accurate ſic leguntur: ſunt enim ex iis deliciis, quas V. Cl. Drakenb. ad *X.* 1. et *XXXVII.* 39. Livio non ſine cauſa tribuit, quando adjuncti genus idem cum ſubjecti grammatice quidem non eſt, ſed pro ipſius rei, quae ſubjecto ineſt, notione, ab eo diverſum; atque hinc ſub *legionibus Romanis* latet notio militum Romanorum, qui in legionibus ſunt. *IV.* 19. *legionibus fugatis inſtat, et ad caſtra compulſos caedit.* Tale ſcribendi genus Hiſtoricorum esſe luculenter docet Scheller *ausführl. Lat. Sprachl. P.* 2. *p.* 325.

Res ex foedere repetunt —— *publica fraus abſit; auctorem culpae, et reum criminis depoſcunt.* Singularis hic loci in Codd. ſcribendi obtinet diverſitas, quae Drakenb., V. Cl., vulgatam legendi rationem veram esſe, ut credat, facit. In non uno M. S. ſcriptum invenitur, *res ex foedere repetunt, de re queruntur, publica fraus abſit;* pars obſcurius re-

 fert,

fert, *res ex foedere repetuntur*, *de re queruntur*, *publica fraus absit*; corruptius tandem alii habent, *res ex foedere repetuntur*, *de re queruntur publica. publica fraus absit.* Jac. Gronov. conjicit, *jure queruntur*; veruntamen nondum sic clara fiunt, quae sequuntur; publica fraus absit: Quomodo enim cohaerent, *publica fraus absit*, *auctorem culpae et reum criminis deposcunt*; nisi Ant. Perizon. assentiamur, *ut publica fraus absit*, legenti; vel Drakenb., per ellipsin partic. *si* abesse putantem, sequamur; quae quidem particula, ut erudite V. S. docet, saepe siletur; nec causae est, cur hic abesse nequeat. Interim Hanno in peroratione *tria* censet; *primum*, *legatos ex templo Romam mittendos*, *qui senatui satisfaciant*; *alios*, *qui Annibali nuntient*, *ut exercitum ab Sagunto abducat*, *ipsumque Annibalem ex foedere Romanis dedant*, *tertiam legationem ad res Saguntinis reddendas decernit.* Nonne ergo a legatis Romanis *tria* quoque postulata erant? Interim tamen, si locum, uti vulgo editus est, legas, *duo* tantum postulasse videntur Romani. Primum enim *res repetierant*, deinde, *si publica fraus abesset*, *auctorem culpae*, *et reum criminis depoposcerant*; minime vero tertium illud, *ut senatui satisfacerent*. Adeoque non levis oritur conjectura, in corrupta illa multorum M. S. S. lectione tertiam postulationem latere, eamque inde elici posse, si legas: *Res ex foedere repetunt*, de vi queruntur, licet *publica fraus absit*, *auctorem culpae et reum criminis deposcunt*. *Querebantur de vi*; quia vis, quam

quam Annibal Saguntinis oppugnando intulerat, ad Romanos quoque, eorum Socios, pertinebat *ex foedere*; *vid. h. lib.* 19, *non naturali ratione*, Vid. Grot. *de Jure B. ac P. II.* 16, 13.; adeoque de vi illis satisfieri debebat; *licet publica fraus abesset*, i.e., quamvis publico consilio Annibal Romanorum socios non adortus esset; id enim hac legatione nondum quaerebant, sed postrema illa, *h. lib.* 18. Etsi vero publico consilio Saguntum non obsidebatur; Poeni tamen de vi, sociis illata tenebantur; ducem quippe belli eum publice declaraverant, *h. lib.* 5.; vid. Grot. *de Jure B. ac P. III.* 11. 12. *Re* mutatum in *vi*; *r* scilicet et *v* literae saepe confunduntur in M S. S., vid. exempla, a Drakenb. collecta *ad XLV.* 39. Insuper ex priore *publica* feci *licet*; quid enim illo corruptius? Quid contra hoc accommodatius?

Eod. Cap. *Sed Tarento tum in Italia non abstinueramus ex foedere: sicut nunc Sagunto non abstinemus.* In multis M. S. S. ostendunt J. Fred. Gronov. et Drakenb. esse *sed Tarento, id est, Italia non abstinueramus ex foedere*, Posteriorque sic recepit. Gronovius explicat, quia Italia in foedere erat expressa; unde eandem habet vim, acsi scripsisset Livius, *Italia*. Est autem in non uno cod. *atque*; habentque corruptiora alii, quam ut adferri mereantur. Quod vero in nonnullis *idem* scriptum est, recte observat Drakenb. *idem* a librariis non semel factum ex *id est*, quod accuratius docet ad

V. 4. Interim mirum quodammodo, V. D. cum ceteris non observasse, singulare videri, complures M. S. S. *atque* habere; nec unde forte is error natus sit, verisimiliter docuisse. Difficilis quidem conjiciendi ratio hic offenditur; de conjecturae tamen eventu desperandum non est. Quid enim? an Livius latine cogitavit, scripsitque? *Sed Tarento itaque Italia non abstinueramus ex foedere: sicut nunc Sagunto non abstinemus.* *Itaque*, id est, et ita. Sic *I.* 32. *puro, pioque duello quaerendas censeo, itaque consentio, consciscoque. III.* 30. *itaque cautum est, ut postea crearentur*; ubi omnino vid. Drakenb., post ejus enim curas plura addere exempla operae non est. Placuisse hoc scribendi genus Livio videtur pro *atque adeo*, uti *X.* 5. *non petentem, atque adeo etiam absentem creatum credidere quidam.*

Eod. Seqq. *Vicerunt ergo Dii hominesque; et, id de quo verbis ambigebatur, uter populus foedus rupisset, eventus belli, velut aequus judex, unde jus stabat, ei victoriam dedit.* Scripti et Editi ad unum omnes locum, uti vulgo legitur, habent. Erudite eum illustrare studet J. Fred. Gronov. ad *V.* 34., laudatus ideo a Duker. ad h. l.; quandoquidem ex iis esse existimet, qui per *figuram*, i. e., ellipsin intelligi debeant, ubi plura vide. Illic autem haec leguntur: *Alpes inde oppositae erant, quas inexsuperabiles visas, haud equidem miror, nulla dum via* (*quod quidem*, h. e., uti V. S. videtur, *quod quidem factum esse memoria continens sit*; i. e., contineat,

neat, vid. ibi Drak., et Ern. *glosſ. Liv. in Voc.*, *niſi de Herculis fabulis credere libet*) *ſuperatas*. Sed alia id loci mihi ſuccurrit explicatio, *quod*, pro *quoad*, i. e., quantum a Livio adhibitum putanti. *Quod* pro *quoad* Livio uſitatum, *XXVI.* 32. *mandaturosque conſuli Laevino, quod ſine jactura reip. fieri posſet, fortunis ejus civitatis conſuleret*, ubi *vid. ipſum* Gronov., et optimos Latinitatis Auctores ita ſcripſisſe teſtis eſt Ern. *in Cl. Cicer.*, *Voc. quod.* Similis locus eſt ap. Cicer. pro *Arch. I.*, *quoad longisſime poteſt mens mea reſpicere ſpatium praeteriti temporis.* Sed, ut in viam redeam, qualem ellipſin hic loci Livius in ſcribendo cogitaverit, facilis ad conjiciendum ratio eſt: *id judex*, i. e., ejus rei, ſec. Gron. l. l., vel, ut eſt ſententia Schell. *ausf. Lat. Sprachl. p.* 2. *p.* 478., ad id. At ſi loci juncturam accurate perpendas, non unam cauſam adesſe patebit, cur ei ſubtile mendum ſubesſe cogites. Res paulo altius repetenda. Si cum Gronov. ſentiamus, copulantur, *id de quo verbis ambigebatur*, *uter populus foedus rupisſet*; verum Livio in uſu ſunt, *XXXV.* 33. *pauca de jure civitatium, de quibus ambigeretur, disſeruit. XL.* 15 *quemadmodum nec nunc ſperare regnum, nec ambigere unquam de eo debeam, quia minor ſum*, et ſaepius; unde, quae ſequuntur, non illuc modo, ſed alio pertinere posſunt; idque eo magis est veriſimile, ſi, quae Livius alias ſcripſit, allata cum hoc loco conparentur. *XL.* 12. *Vis hanc formulam cogni-*

tio

tionis esse, ut, uter timuerit, ne alter dignior videretur regno, is consilium opprimendi fratris cepisse judicetur? Si igitur Livium in Latine cogitando sibi, ut par est, consentire credamus, hic quoque, *uter populus foedus rupisset, ei victoriam dedit*, conjungenda, Gronoviique interpretatio hujus loci non est; tum enim verba, *eventus belli, velut aequus judex, unde jus stabat*, copulari debent, adeoque *judex id*, rel. non cogitavit Livius, quod eo magis nolim, quia subtiliora sunt, quam ut perspicuitatem haud tollant: *uter, is.*, ut *qui, is.* *V.* 21. *qui ejus hostiae exta prosecuisset, ei victoriam dari*, et *h. lib.* 18. *Vos enim, quod C. Lutatius consul primo nobiscum foedus icit, quia neque auctoritate patrum, neque populi jussu ictum erat, negastis vos eo teneri.* Vid. plur. ap. Drakenb. *III.* 71. Mea ergo de sententia Livius scripsit: *Vicerunt ergo Dii, hominesque; et, id, quod verbis ambigebatur, uter populus foedus rupisset, eventus belli, velut aequus judex, unde jus stabat, ei victoriam dedit. id, quod verbis ambigebatur*, necessario recipiendum, pro *id, de quo*, hoc sensu, ut *id* abundet. *XLII* 54. *ratus, id quod accidit, insecuturos ad extrema ab tergo carpenda hostes.* Nep. *Alcib.* 6. *Illum unum omnes prosequebantur; et, id quod nunquam antea usu venerat, nisi Olympiae victoribus, coronis aureis aeneisque vulgo donabatur.* Vid. quoque *Interpr. ad Caes. B. Civil. III.* 44. *id quod verbis ambigebatur*, dic-

dictum, uti *XXXV.* 32. *Dum integra omnia essent, verbis potius, quae ambigerentur, di sceptarent, quam Asiam — ad funestum armarent bellum.* *XLII.* 39. *aliud ambigebatur, cum quam multis transiret.*

Hactenus.



E.

E. EPKEMA.

OBSERVATA

IN

THEOGNIDEM.

Dolendum maxime eſt, *Megarenſis Theognidis*, Poetæ antiquisſimi, *Elegias* non integras ad noſtram pervenisſe ætatem: tanta enim in earum reliquiis facultas poetica, tanta figurarum vis ac numerorum ſuavitas, tanta præceptorum elegantia, elucent, ut vel inde judicari facile posſit, quantam integri operis jacturam fecerimus; ex quo, tamquam fonte quodam perenni, veteres, in primis Philoſophi, ſententiarum copiam hauſerunt uberrimam. Gratiam quidem illi, quisquis fuit, magnam debemus, qui primus ſparſa per varios auctores fragmina, quaſi tabulas e naufragio ſervatas, collegit et quodam modo coagmentavit, majorem vero, me quidem judice, viris doctisſimis, qui laceris Poetæ reliquiis priſtino nitori reſtituendis egregiam prorſus operam navarunt, *Camerario*, *Vineto*, *Neandro*, *Sylburgio*, et præter alios plures *Brunckio*, viro elegantisſimo, qui *Theog-*

ognidem ad quatuor Codd. Bibliothecæ Regiæ contulit, deque eo optime meritus eſt.

At multa tamen, etiam poſt tot eruditorum virorum curas, reſtant, quæ Criticorum ingenia exercere posſint.

Quæ mihi quidem inter legendum aut corrupta aut ſuspecta viſa ſunt, ſubinde adnotare cœpi; atque hinc nata, quorum partem hic dabo, obſervata, ſi a critices laude remota, at a voluntate tamen de *Theognide* bene merendi non aliena. Hoc quomodo præſtiterim, aliorum eſt judicii. Utcumque erit, juvabit me non parum, doctiorum exemplo, in re difficili voluisſe.

Utor autem, nam et hoc ſubjungendum hic duxi, *Sylburgii* ac *Brunckii* editionibus. Quod ſi igitur *Camerarii* hic illic mentio a me fit, Lector ſciat eruditus, quædam mihi conſulenti ſuppeditasſe virum celeberrimum mihique amicisſimum *Ev. Wasſenberghium*, qui meas quidem conjecturas probare pleraſque voluit, cujusque plurima in me beneficia grato hic animo palam et agnoſco et prædico.

Sed operi jam accingamur.

vs. 48. *Edd. Sylb.* & *Br.*

Μηδ' εἰ νῦν κεῖται πολλῇ ἐν ἡσυχίῃ·

Transpoſitis paulum vocibus legendum ita videtur.

Μηδ'

Μηδ' εἰ νῦν πολλῇ κεῖται ἐν ἡσοχίῃ.

Sic vs. 1062. *Ed. Sylb.* (1032. *Br.*) mutato verborum ordine malim:

Οὐδὲν τοι τούτων ἄλλ' ἐπιτερπνότερον.

ubi nunc legitur: *τόττων οὐδέν τοι κ. τ.*

Nec mirum, si voces perturbatæ nonnumquam fuerint, quum *Poeta noster* a tot tanto cum discrimine citatus sit, ut apud *Stobæum* aliquoties integri etiam versus transpositi inveniantur.

Qui plura e Nostro exempla cupit, consulat *Cl. Wassenberghii Dissertationem de Transpositione*, quibus jungantur loca, quæ doctissimus *Brunckius* eadem ratione restituit, vs. 61. (61.) 776. (756.) in Not. enim ibi præfert *καὶ θαλίης ἐρατῆς*, vs. 893. (877.) et vs. 366. (356.) ubi tamen non male legeretur:

Δειλῶν τοι κραδίη ὀξυτέρη τελέθει.

Qui versus paulo aliter legitur vs. 1024. (998.)

vs. 97. (99).

Brunckius hic dedit *ἐμὸς* pro vulg. *ἐμοὶ*, quod equidem præfero. vs. autem 106. (108.) *γὰρ* pro vulg. *καὶ*, quod ferendum puto.

Unde ita his locis edendum curaverit *Vir elegantis ingenii*, inquirenti nondum innotuit, sed et hic et plurimis locis accidisse suspicor, quod docuerunt *duumviri longe doctissimi*, Ru-

Ruhnkenius quidem. Ep. Crit. 1. pag. 121. *Wyttenbachius* autem *Biblioth. Crit. vol* II. *part.* II. pag. 36. et alibi.

vs. 113. (115.)

In *Editione Br.* τοι pro vulg. τὸν legitur, e *conjectura*, ut videtur, profectum, quod equidem probo, et legendum ita censeo vs. 279. (273.)

Ἐικός τοι κακὸν ἄνδρα κακῶς τὰ δίκαια νομίζειν.

Sic vs. 641. (651.) ubi in vulgg. τὶν legitur, e conjectura *Brunckius* dedit τοι, me quidem invito, qui itidem illic τοι conjeceram. Sed inferius locum eum pertractabimus.

vs. 215. (215.)

Πουλύποδος ὀργὴν ἴσχε πολυπλόκου.

Si sententia, quae incipit a versu 213. eo, quo nunc legitur, ordine versuum, a *poëtae* manu est; quod, etsi affirmatu difficile, vero tamen simile videtur; ob praecedens ὀργὴν, hic praeferendam puto lectionem, quam e *Plutarcho Sylburgius* producit, πουλύποδος νόον ἴσχε π. Voce νόον eadem in re utitur ille, quisquis est, qui *Amphilocho* suo idem praecepit, duobus ab *Athenaeo* locis citatus, pag. 317. A. et 513. C. D. Mirifice autem haec sententia, qua Polypi sollertia hominibus imitanda proponitur, Poëtis placuit.

Pseudo-Phocylidis vero praeceptum huic contrarium, ut Christiano quidem dignissimum puto, sic vereor tamen, ne veram *Theo-*

gnidis mentem non intellexerit. Conf. *Carminis vs.* 44. *Ed. Br.*

Vs. 243. (237.)

Καὶ ὅταν δνοφεροῖς ὑπὸ κεύθεσι γαίης.

Brunckius et hic e conjectura Homericum dedit κεύθεσι pro κεύθμασι, *quod, etsi omnes libri habent, velut ignotum Lexicographis repudiavit.* At vero si voces omnes, in lexicis non obvias, notioribus commutare, instituamus, quid tandem fiet de inexhaustis linguae Graecae divitiis? Quid de multis Auctoribus, qui compluribus vocibus usi sunt, quas in nullo lexico invenias? Quid denique de *Collectione Brunckii Gnomica?* Nam vel ex hac ipsa sic plures essent voces exterminandae. Quantum enim scio, in lexicis non inveniuntur hae formae:

Ἀμαρτωλή. *Theogn.* 325. 327. (315. 317.) *Rhian.* vs. 12.
Ἀμέλητος. *Theogn.* 422. (414.) pro quo *Brunckius* tamen é *Stobaeo* mavult ἀλάλητος.
Ἀτερύσασθαι. *Theogn.* 77. (77.)
Ἀπονίσσομαι. *Theogn.* 528. (540.) quod e *Stobaeo Br.*
Ἀτίω. *Theogn.* 621. (631.)
Βοωτέω. *Hesiod.* 361.
Ἐπαλής. *Hesiod.* 463.
Ἐπάγω, *frango, luxo.* *Hesiod.* 504.
Ἐπιόινιος. *Theogn.* 965. (949.)
Ἔργω, *facio.* *Theogn.* 178. (180.) 508. (500.)

Ἐι-

Εἰσαέιρω. *Theogn.* 970. (954.)
Καταθηράω. *Theogn.* 199. (883.)
Μεταστρωχάω. *Rhian.* 17.
Νεόφρων. *Panyaſ.* 11.
Παρμόνιμος. *Theogn.* 198. (200.)
Πλατανιστοῦντες. *Theogn.* 878. (862.) nisi leg. πλατανιστῶνος ἀ πλατανιστὼν, quod ab Homerico πλατάνιστος.
Συναμφότερος. *Theogn.* 818. (798.)
Ὑπερβολάδην. *Theogn.* 484. (476.) etc. etc.

Hae igitur formae, quantum equidem ſcio, in Lexicis non inveniuntur, et quam plurimae praeterea ex aliis Auctoribus, quas nunc, quia id non agimus unum, memorare ſuperſedeo.

Quare vulg. κεύθμασι retinendum omnino est. Nam cum κεύθμων et κευθμος nota ſint vocabula, quidni et κεύθμα, eadem analogia duce, reciperemus? Hujus autem formae nomina *Theognidi* non ſunt inuſitata; ut vel ex uno ἔργμα patere poterit, quo rariore vocabulo mininum novies uſus est; et quod a *Koppierſio*, viro doctisſimo, ope MSS. *Theocrito* vindicatur, *Obſſ. pag.* 64.

Facilior *Brunckius* fuit in aliis. Sic vs. 551. (563.) novam, aliisque inauditam formam, ταχύπτερος, e codicibus ſuis, ſine haeſitatione recepit, quamvis vulg. Τανύπτερυξ non adeo reprobandum videatur. Et vs. 176. (178.) e Codd. Aldina & Clemente formam rariorem ῥιπτεῖν. Aliaque aliis locis plura.

Vs. 290. (284.)

Νῦν δὲ τὰ τῶν ἀγαθῶν κακὰ, γίγνεται ἐσθλὰ κακοῖσιν
Ἀνδρῶν, γίγνονται δ' ἐκτραπέλοισι νόμοις.

Sic *Brunckius*, ex conjectura *T. Fabri*, pro vulg. εὐτραπέλοισι. Sed me ita quidem locus sanus videtur. Ingrata est cum permutatio numerorum sedibus tam vicinis, γίγνεται, γίγνονται, tum quoque ille Gen. ἀνδρῶν. Legatur saltem Ἀνδράσι. *Wassenberghius V. C.* a me in consilium advocatus, meum probans ἀνδράσι, haec monuit: „ *Distichon illud me judice hac ratione videtur refingendum:*

Νῦν δὲ τὰ τῶν ἀγαθῶν κακὰ γίγνεται ἐσθλὰ κακοῖσιν
Ἀνδράσι, γίγνονται τ' εὐτραπέλοισι γέλως.

Quam in rem conf. vs. 1103. (1063.) 1109. (1069.) et *Ernesti Ind. vocum Gr. apud Ciceronem*, V. εὐτραπελία."

In quibus ut acquiesco, ita *Ille*, scio, pro nota *ejus* in me benevolentia, non indigne feret, me *suis* hic uti.

Vs. 301. (295.)

Πικρὸς καὶ γλυκὺς ἴσθι, καὶ ἀργαλέος καὶ ἀπηνής.

Verissime *Camerarius* coniecit ἀπηνὴς, notante *Sylburgio*. Sic *Solon* N°. V. vs. 5. *Ed. Br.*

Εἰ-

Εἶναι δὲ γλυκὺν ὧδε φίλοις, ἐχθροῖσι δὲ πικρὸν·
Τοῖσι μὲν αἰδοῖον, τοῖσι δὲ δεινὸν ἰδεῖν.

Naumachius vs. 48.

Μήτε κακὴ δμώεσσι τεοῖς ἔσο· μήτε μάλ' ἐσθλὴ
Φαίνεο.

Non male ibi Brunckii Cod. δμωῇσι τεῇς. Tales conjecturas secure, me quidem judice, *Brunckius*, qui nihil, quod miror, hic monuit, recipere potuisset.

Vs. 332. (322.)

Μηδ' ἑτέροισι δίδυ, Κύρνε, τὰ τῶν ἑτέρων.

Stobaeus pag. 152. et alii libri habent δίδυ, quod genuinum videri poterit, si μηδ' in μήθ' commutetur. Conf. vs. 219. 220. *Utr. Ed* vs autem 359. (349.) quod *Brunckius* dedit, ἐπιφαίνων, multo ante illum vir doctissimus *Wopkensius* id conjecerat, *in Lect. Tull.* p. 73.

Vs. 432. (424.)

Εἰ δ' Ἀσκληπιάδαις τοῦτό γ' ἔδωκε θεός.

Sic *Brunckius* e Codd. recte edendum curavit. Vulgo omittitur γ'. Atque ita jam videtur *Athenaeus* legisse, pag. 256. c. ubi hunc versum cogitavit. Haec autem transscribens, commodum video e *Bibl. Crit. Vol.* III. *part.* II. pag 28. , qua orbem eruditum locupletavit vir Graece doctus in paucissi-

mis, *Wyttenbachius*, *Plutarchum* sic quoque legisse in suo exemplari.

Vs. 501. (493.)

Τὸν ὑπὲρ μέτρον ἤρατο πίνων.

Et sic *Brunckius* e codd. recte dedit pro vulg. ἤρετο, dummodo jota addatur subscriptum, quod hic omitti nolim, ut sit differentia inter ἤρατο ab ἔραμαι et ἤρατο ab ἀίρω, nam in ἄρας et ἄρασθαι saepe omissum constat. Ἄρασθαι οἶνον *Metonymice* notat *poculum tollere*, *ad os admovere*, adeoque *bibere*, verbo simplici, quod saepius fit, pro composito. Sic προσφέρεσθαι σῖτον Medici veteres pro *edere*; ἐπισπάσασθαι οἶνον, *bibere vinum*. Vid. *Kuster de V. M.* Apposite *Theognis* vs. 970. (954.)

Οὐδὲ Διωνύσου δῶρ' ἐσαειράμενος.

Panyasis III. 2.

Σκύπφους αἰνύμενος θαμέας ποτὸν ἡδὺν ἔπινε.

Antiphanes ἐν Ἀγροίκοις, apud *Athenaeum* *pag.* 692. F. loco a doctissimo *Koppiersio* eleganter, ut solet, emendato, *in Obss.* pag. 31.

Ἁρμόδιος ἐπεκαλεῖτο, παιὰν ᾔδετο,
Μεγάλην Διὸς Σωτῆρος ἄκατον ἦρέ τις.

Nam et *activa verba* hac in re usurpantur. Conf. *Athenaeus* pag. 446. B. 470. E. 471. E. F. Sed oblitus pene, me eruditis scribe-

re

re viris, hic fubfifto. Ceterum et aliis locis in *Ed. Br.* Typothetarum culpa peccatum. Vs. 378. 370. bene in *vulgg.* ταύτῃ, in *Br.* male ταυτῇ. In *Metrodor.* vs. 4. ἐπὶ ξείνης *vulgg.* bene, *Br.* male ἐπὶ ξείνης. Sed haec tanti non funt.

Vs. 505. (497.)

Ἀλλὰ γ' ἀναςὰς.

Stobaeus pag. 164. praebet ἀλλ' ἄγ' ἀναςὰς, quod mihi magis arridet. Saepisfime haec forma corrupta. *Forfterus* malebat ἀλλ' ἄγε δὴ apud *Platon in Phaed.* pag. 300. atque ita edendum curavit *Fischerus*, pro ἀλλὰ γε δὴ, quod in quibusdam Codd. *Ruhnkenius in H. ad Cerer.* vs. 495. pro ἀλλὰ θ' recte reftituit ἀλλ' ἄγ'. Apud *Noftrum* vs. 827. (807.) in omnibus libris legitur ἀλλ' ἄγε δή. *Valckenarius V. C.* in *Theocrit.* Idyll. V. vs. 22. vulg. ἀλλά γέ τοι praetulit Cod. MS. lectioni ἀλλ' ἄγε τοι. Conf. *Koenius* ad *Gregor. de Dial.* p. 36. a *Cel. Ruhnkenio* jam laudatus.

Vs. 521. (513.)

Ὥσθ' ἕνα μὲν ξεῖνον πατρώϊον οὐκ ἀπολείπειν.

Sic *Brunckius* pro vulg. ὑπολείπειν. Quamquam autem bene Graecum est ἀπολείπειν ξεῖνον, hoc tamen loco minus aptum videtur, fed legendum ἀπειπεῖν. Ξεῖνον ἀπειπεῖν est *renunciare hofpiti amicitiam* *Nofter* eadem in re eodem utitur verbo vs. 89.

Ἢ με φίλει καθαρὸν θέμενος νόον, ἤ μ' ἀποειπὼν
Ἔχθαιρ', ἀμφαδίην νεῖκος ἀειράμενος.

Vs. 531. (543.)

Αἰεί μοι φίλον ἦτορ ἰαίνεται, ὁππότ' ἀκούσω.

Pro ἀγάλλεται e Codd. dedit *Brunckius* ἰαίνεται, de aliis ſecurus. Mihi praeterea pro ἀκούσω placeret ἀκούω, praeſentia enim ſequuntur.

Vs. autem 545. (557.) pro μάντεσιν, οἰωνοῖς τε, cum copula μάντεσι τ'. ο. τ. quam *Brunckius* quoque vs. 67. voci δόλους ſubjunxit, cum vulgo deſit.

Vs. 563. (575.)

Παρέζεσθαι δὲ παρ' ἐσθλὸν ἄνδρα — ἐπιστάμενον.

Dativus alibi invenitur, vs. 33. 1217. (1169) non invito me hic quoque legeretur: ἐσθλῷ ἀνδρὶ — ἐπιστάμενῳ. Librarii caſus nominum ſuſque deque habuere, ut et *Brunckius* ad vs. 329. et 376. monet.

Vs. 572. (584)

Πολλοὶ ἀπείρητον δόξαν ἔχουσ' ἀγαθῶν.

Sylburgius in libris quibusdam legi ait πολλοὶ ἀπείρητοι δ. ἀγαθῶν. Quod praefero. *Brunckius* quoque in Codd. reperit ἀπείρητοι. Sic. vs. 663. (675.)

Καὶ

Καὶ σώφρων ἥμαρτε, καὶ ἄφρονι πολλάκι δόξα
Ἕσπετο' καὶ τιμὴν καὶ κακος ὢν ἔλαχεν.

Vs. 592. (600.) pro δὲ legendum τε.

Vs. 608. (618.)

Haec sententia quatuor versuum, etiam post *Brunckii* curas mendis videtur laborare, ita forte et e *Stobaeo* vulgatisque, et e conjectura sanandus:

Ἀρχῇ ἐπὶ ψεύδους μικρὴ χάρις. ἐς δὲ τελευτὴν
Αἰσχρὸν δὴ κέρδος, καὶ κακὸν ἀμφότερον
Γίγνεται. Οὐκέ τι καλὸν, ὅταν ψεῦδος προσομάρτῃ
Ἀνδρὶ, καὶ ἐξέλθῃ πρῶτον ἀπὸ στόματος.

Brunckius, *Subjunctivos* partim ope Codd. partim e conjectura mutavit in *Indicativos*, et κἂν in καὶ, quod et *Stobaeus* pap. 140. habet. Nos vulgatam lectionem revocavimus προσομαρτῇ, ἐξέλθῃ, assumto *Stobaei* καὶ; ceterum vulg. οὐδέ τι — ὅτῳ in ὄντι τι — ὅταν. mutavimus. Cum vero ὅταν apud *Theognidem* minimum octies *Subjunctivum* adsciscit, nullibi *Indicativum*, nisi vs. 498. (490.) et hoc loco cum *Stobaeo* pag. 164. lego:

. . . . ὅταν δὴ
Πίνῃ ὑπὲρ μέτρον. . . . .

Pro vulg. πίνεθ' ὑπὲρ τὸ μέτρον. Nam articulum non esse necessarium, patet e vs. 501. (493.) ubi vulgo omittur.

Vs. 641. (651.)

Ουτοι κήδει ὁ εἶς, ὄυτ᾽ ἔυνουν, ὄυτε τὸν ἐχθρὸν.

Pro τὸν *Brunckius* dedit τιν᾽, nos τοι conjecimus. Sed ne ita quidem locus ſanus videtur. *Sylburgius* in Codd. exſtare ait κηδεύσεις, quod praeplacet, et vel ideo ἀντιτύχοις, pro quo *Br.* ἀντιτύχοι, retinendum. Totus igitur locus, levi accedente medela, ſic legendus.

Ουτοι κηδεύσεις, ὄυτ᾽ ἔυνοον, ὄυτέ τοι ἐχθρὸν,
Ει μὴ σπουδαίου πρήγματος ἀντιτύχοις.

Vs. 664. (672.)

Ἐξαπίνης πάντ᾽ ὂυν ὤλεσε νυκτὶ μιῇ.

Pro vulg. μιᾷ Jonicam formam μιῇ dedit *Brünckius*, qui quomodo οὖν retinere potuerit, ignoro. Graecae Linguae indoles requirit ἂν, et ſic *Br.* e conjectura veriſſima vs. 1096. (1058.) dedit ἂν ἑτέρου pro vulg. ἡμετέρην. Quo loco ὕστερον ἂν idem, quod hic ἐξαπίνης ἂν, vs. 202. (204.) ἐς τελευτὴν ἄυθις.

Eadem medicina facienda mihi videtur *Pſeudo Phocylidi*, vs. 19. et 110. ubi nunc legitur itidem οὖν, nam vs. 173. bene ἂν. *Sylburgius* ad vs. *Theognidis* 487. ut veterem librorum lectionem οὖν, ubi *Brunckius* e conjectura dedit οὐκ, commendaret, *quomodo*, inquit, *ſupra quoque* οὖν *pro* ἂν *uſurpatum aliquoties.*

ties. Sed vir accuratissimus aliud forte agendo lapsus est, semel enim vox in *Theognideis*, et quidem hic, occurrit. Ceterum, quod ait οὖν *pro* αὖ *usurpatum*, vellem demonstrasset.

Saepius vero αὖ a Librariis corruptum. *Brunckius* vs. 533. (545.) pro vulg. εὖ e conjectura verissima αὖ· reposuit. In *Euripidis Medea* vs. 305. elegantissimus *Piersonus* vulg. οὖν, probantibus *Musgravio* & *Wyttenbachio*, at quantis viris! in αὖ mutandum censuit, *Verisimil. pag.* 58. coll. *Bibl. Crit. Vol.* II. *part.* I. pag. 58. Contra ea male in vulgg. irrepsit vs. 1045. (1015.) ubi *Br.* bene δή. Notandum praeterea, in hoc fragmento sex versuum octies recurrere voculam καὶ. *Stobaeus* pag. 365. pro ultimo καὶ habet τῆς, pro τιμὴν Genit. τιμῆς, quem casum verbo λαχεῖν usitatius jungi putat doctissimus *Koppiers Obss.* *pag.* 69. Et sic apud *Nostrum* vs. 1107. (1067.) λαχόντας τιμῆς.

Hoc vero dum agimus, verbum idem *Theognidi* restituendum mihi videtur vs. 336. (326.) ubi pro vulg. τι λαβεῖν ita legendum:

Κύρν', ἕξεις ἀρετήν, ἥν (sive ἧς) γε λαχεῖν χαλεπόν.

Vs. 696. (704.)

Τῶν δὲ καλῶν ὄντι σὺ μοῦνος ἐρᾷς.

Stobaeus pag. 168. exhibet ὄνχι τι, manifesto Ty-

Typothetarum errore, pro εὐχὶ νῦ, quod vulgato praeferam.

Vs. 805. (785.)

Ὥιτινί κεν πυθῶνι θεοῦ χρήσασ' ἱέρεια.

Ita locum pene depositum emendavit *Brunckius*. Unum hoc additum velim, ut pro κεν *divisim* legatur κ' ἐν, urbium enim nomina sic cum praep. constructa plerumque inveniuntur. Conf. vs. 781. (761.) 1083. (1045.) Sic demum mihi locus integer videtur. Ad haec *V. C. Wassenberghius* a me consultus rescripsit: „ *posses etiam* Ὥιτινι τεῶν Πυθῶνι Θεοῦ χρήσασ' ἱέρεια. *Apollo saepe* ὁ ἐν Πυθῶνι Θεός. ὁ ἐν Δέλφοις Θεός." Simpliciter tamen vocatur Θεὸς vs. 432. (424.) Altero abhinc versu non male, me quidem judice, legeretur ἐυδὲν κ' ἔτι. Et vs. 864. (846.) ἐὼν pro ἰών. Idem instituit *Brunckius* vs. 742. (722)

Vs. 841. (821.)

Ἀλλ' ὁπόταν καθύπερθεν, ἐὼν ὑπένερθε, γένηται.

E conjectura, ni fallor, certissima reponendum ἐὸν. Vulgatum plerosque interpretes male habuit, qui versionem inde excuderunt sanae rationi contrariam & simplicitate Theognidea indignam. Legatur igitur versus, sine interpunctis, ita:

Ἀλλ' ὁπόταν καθύπερθεν ἐὸν ὑπένερθε γένηται.

Ad

Ad haec conf. ſententia, quae incipit a verſu 503. (495.) præcipue vero vs. 505. (497.) ubi ebrius: τὸ δὲ, inquit, δῶμα περιτρέχει Addantur quæ habet *Athenæus* pag. 37. et *Caſaubonus* in *anim.* pag. 80. Elegans in primis *Luciani* locus est, a *Cl. Waſſenberghio* mihi monſtratus, *Tom.* I. *pag.* 292. 293. ubi *Cyclops* de ſe inebriato ab *Vlyſſe*: ἅπαντα εὐθὺς ἐδόκει μοι περιφέρεσθαι· σείοντι, καὶ τὸ σπήλαιον αὐτὸ ἀνεστρέφετο.

Vs. 875. (859.)

Πῖν' οἶνον, τὸν ἐμοὶ κορυφῆς ἄπο Τηϋγέτοιο κ. τ. λ.

Multis modis vulgato præſtat laudata a *Sylburgio* lectio, κορυφῆς ὕπο, *dat. plur.* Est autem *Taygetus* mons altisſimus Laconicæ, cujus etiam *culmina* memorat *Claudianus de Bello Getic.* vs. 93. Hæc lectio quantum roboris acquirat e ſeqq. οὔρεος ἐν βήσσησι, nemo non videt. Ἀπὸ & ὑπὸ ſæpe permutantur. Verſu 894. (878.) *Br.* ἔχει. Quod in aliis vulgatum est libris, ἔχεις, longe præferendum videtur, quare poſitis interpunctis ita lego:

Γιγνώσκων, ὡς νοῦν, ὅιον ἕκαστος, ἔχει κ. τ. λ.

Vs. 915. (899.)

Ὥστ' ἐς ἄκαιρα πονεῖν, καὶ μὴ δόμεν, ὥς κ' ἐθέλῃσί τις.

Omni-

Omnino scribendum ὅσσ'. Sic vs. 139. (141.)

Οὐδέ τῳ ἀνθρώπων παραγίγνεται, ὅσσ' ἐθέλῃσιν.

Ὅσσ' sæpius depravatum transiit in ὡς. Conf. *Grævius* in *Lect. Hesiod* ad vs. 688. præcipue vero *Ruhnkenius* ad *Homeri H. in Cer.* vsf. 137. 172. 295. 416. quibus locis eandem medicinam adhibuit, præterquam vs. 137. ubi vir Cl. ex conjectura *Fonteinii* ὅσ' præferret. Vs. 993. (977.) ex *Athenæo Brunckius* pro vulg. ἔπον edendum curavit ὅσσον.

Vs. 927. (911).

Φείδεσθαι μὲν ἄμεινον, ἐπεὶ οὐδὲ θανόντ' ἀποκλαίει Οὐδεὶς κ. τ. λ.

Etsi alii, in primis doctissimus *Camerarius*, *Synizesin* hic obtinere statuant, malim tamen legere ἐπεὶ γε. Duplex negatio non est necessaria. Si in Cod. aliquo inveniretur: χρὴ μὲν φείδεσθαι, ἐπεὶ οὐδὲ θ. α. ο., hoc recipiendum putarem.

Vs. 929. (913.)

Παύροις ἀνθρώπων ἀρετὴ καὶ πλεῦτος ὀπηδεῖ.

Sic *Br.* e conjectura, cum pro πλεῦτος alii habeant κάλλος, alii κλέος. Si quid mutandum, velim κῦδος. *Hesiodus* vs. 288.

Πλούτῳ δ' ἀρετὴ καὶ κῦδος ὀπηδεῖ.

Vs.

Vs. 941. (925.)

Πατρίδα κοσμήσω, λιπαρὴν πόλιν, οὔτ' ἐπὶ δήμῳ
Τρέψας, οὔτ' ἀδίκοις ἀνδράσι πειθόμενος.

Sic *Br.* dedit. *Stobaeus* pag. 226. servat πρέψας, quam lectionem *Ill. Grotius* secutus, hoc distichon ita vertit:

Ornabo tenuem patriam, nec civibus exstans,
Nec pravis praebens moribus obsequium.

Nescio tamen, cur *Vir Cl.* λιπαρὴν transtulerit *tenuem*, nisi aliam forte lectionem secutus sit. Mihi quidem nec placet *Stobaei* lectio, neque τρέψας ἐπὶ δήμῳ, *casu tertio*, cum *quartus* requiratur. Vid. *Brunckius* ad *vs.* 371. ubi palmaria emendatione pro vulgato τερφθῇ dedit τρεφθῇ, exemploque ab illo laudato ex *Hom. Epigr.* addantur, *Cleanthes H. in Jovem vs.* 28.

Οἱ δ' ἐπὶ κερδοσύνας τετραμμένοι οὐδενὶ κόσμῳ

Hesiodus vs. 290. Ed. Br.

. . . . ἀεσίφρονα θυμὸν
Εἰς ἔργον τρέψας. . . . .

Vs. 605. Εὖτ' ἂν ἐπ' ἐμπορίην τρέψῃς ἀεσίφρονα θυμόν.

Et quae praeterea habet *Kusterus de V. M.* pag. 14. Legendum igitur et hoc loco:

Πα-

Πατρίδα κοσμήσω, λιπαρὴν πόλιν, οὔτ' ἐπὶ δημὸν τρ.

vel, si istud πόλιν displiceat, ita:

Πατρίδα κοσμήσω λιπαρὴν, νέον οὔτ' ἐπὶ δημὸν τρ.

Vs. 985. (969.)

Ἄλλοτέ τοι πάσχων ἀνιήσεαι, ἄλλοτε τ' ἔρδων
χαιρήσειν δύνασαι, ἄλλοτέ τ' ἄλλος ἀνήρ.

Quamvis ita omnes libri habeant, tamen χαιρήσειν δύνασαι à *Poetae* manu esse, vix equidem crediderim. Legendum ita videtur.

χαιρήσεις· ἔσεαι δ' ἄλλοτε ἄλλος ἀνήρ.

Vs. 967. (951.)

Οὐδεὶς ἀνθρώπων, ὃν ἐπεὶ ποτε γαῖα καλύψῃ,
Εἴς τ' ἔρεβος καταβῇ δῶμά τε Περσεφόνης.

Sic *Brunckius* ex Ald. & Codd. dedit pro καλύψῃ, de καταβῇ, ut videtur, haud sollicitus, quod mihi soloecum videtur, nec ferendum amplius. Lego κατέβη. Numquam ἐπεὶ cum *Subjunctivo*, saepissime cum *Indicativo*, semel cum *Optativo* invenitur apud *Theognidem.*

Vs. 991. (975.)

Ἦμος δ' ἠέλιος μὲν ἐν αἰθέρι μώνυχας ἵππους
Ἄρτι παραγγέλλει, μέσσατον ἦμαρ ἔχων.

Le-

Legendum et hic videtur παρελαύνει, vel, si syllabae fulciendae gratia mavis, παρελλαύνει, ut ἐλλάσαι, ἔλλαβε, etc. Sed & hoc, et e superioribus plura, nimis forte a me audacter tractata, ut viris doctis, quibus placere in his studeo, non probanda videantur, pro mea tenuitate admodum vereor. Quare nunc quidem hic subsisto, cetera, nisi Eruditorum judicia mihi hoc dissuadeant, alio tempore, *volente Deo*, daturus.



E. EPKEMA

OBSERVATORUM IN THEOGNIDEM

PARS ALTERA.

Anno proxime praeterlapso aliquot in Theognidem conjecturas, in Actis hisce literariis edendas, eruditissimae Societati Rheno-Trajectinae suppeditaveram, ea lege eoque omine, ut, nisi Doctorum hominum judicia mihi pergere dissuasissent, aut aliquid mihi interea accidisset, altera Observatorum pars alio sequeretur tempore. Neque spes me fefellit: benigne non tantum excepta sunt mea in Theognidem Observata, dignaque, quae cum aliorum Eruditorum laboribus ederentur, judicata; sed et ipse in Societatem ac laborum communionem honorifice adscitus.

Ad datam fidem nunc praestandam paratus accedo, ea spe, ut et haec mea opella nec harum peritis literarum arbitris displiceat, nec Theognidi sit inutilis futura. Cujus quidem praecepta, ex quo ad Graecos quondam

Poëtas legendos animum applicaveram, statim placere coeperunt. Non raro autem et abruptus Elegiarum tenor, et continuata sine ullo ordine diversorum fragmentorum series, legenti moras objecerant, donec mihi lucis aliquantum praebuit editio Brunckiana; in qua, quae ad eandem pertinere Sententiam videntur, a ceteris distingui solent. Hac igitur Editione, velut filo Ariadneo, ductus non emendando tantum textui, sed et digerendis melius coagmentandisque male dilaceratis Sententiarum reliquiis, Cl. Wassenberghii exemplo excitatus, operam dedi.

Atque hinc nata nobis est hujus scriptionis occasio & copia.

§ I.

Nullum facile locum Philosophicum invenias, qui, sive materiae praestantiam spectes, Veteribus magis placuerit; sive argumenti subtilitatem, pluribus disputationibus fuerit subjectus, quam de *Vindicta Divina*; aliis in hanc, aliis in alteram partem edisserentibus. Esse quidem Providentiam Divinam, quae omnia gubernet humana, ac praemia poenasque distribuat, omnes fere, praeter Epicureos, Philosophi ac Poëtae crediderunt, docuerunt plerique. Quod vero Deus in hac vita saepe probos juxta atque improbos nullo habet discrimine; aut quod, quum bonos calamitatibus ac miseriis tantum non opprimat, malis omnia, quae ad bene beateque vivendum per-

tinent, concedit; aut, id quod omnium difficillimum est, quod poenas in impiorum pios posteros transfert, quum sceleratis nepotibus prosperitatem tribuat perpetuam et quasi propriam; illud vero Philosophi ac Poëtae complures justitiae atque aequitati contrarium rati vix ferendum pronuntiarunt. In ea quippe versati opinione, virtutem in hac vita esse remunerandam, puniendam malitiam; quum non ex severa Justitiae lege, quam ipsi ponerent, poenas praemiave distribui judicarent; Deos nonnumquam nimiae severitatis, ne dicam crudelitatis, arguerunt. In horum numero Theognis, qui plurima, sacris non inficianda Scriptoribus, praecepit, videtur habendus. Quid? quod ne ipsos quidem sanctos piosque viros, ab antiquissimis inde temporibus, ab hac erroris labe liberos fuisse, e Sacro discimus Codice? Quid? quod ipsorum etiamnum Christianorum judicia hac de doctrina tam varia, eorumque effata saepe tam parum ipsius rei dignitati respondentia, sunt?

Sed missis, quae hic disputari plura possent, ad rem ipsam, cujus caussa haec dicenda videbantur, aggrediamur; et fragmenta quaedam Theognidea de Vindicta Divina, hinc collecta, conglutinemus.

A versu 373. (365.) ad versum 381. (373.) fragmentum reperitur, quod mihi quidem initium esse videtur *Elegiae ad Jovem*, qua ut Jovis regium imperium ac potestatem effert ac veneratur, sic rei tamen in-

di-

dignitate motus rogat, quid tandem causae sit, quod Justi Injustique sortem eandem esse patiatur.

Huic fragmento aliud jungendum puto, quod a vs. 741. (721.) ad vs. 751. (731.) legitur, in quo crescente impetu contendere a Jove pergit Poëta, aequumne sit, viros bonos, nullius sibi sceleris, nullius perjurii conscios, nulla justitiae habita ratione, premi calamitatibus? malos contra, divitiis ac luxuria satiatos, contumeliose se praebere?

Tertium his addatur, quod inter Theognidea legitur a vs. 729. (709.) vs. 741. (721.) in quo a Jove deprecatur, ut ipsi nocentes dent poenas, nec patris improbitas liberis malo sit; sed ut hi, si justi aequique tenaces sint, paternorum facinorum poenis liberentur.

Ipsa, ni fallor, argumenti similitudo, ipsa Jovis invocatio interrogandique audacia, docent haec ad eandem pertinere Elegiam, cujus partes nunc tam misere laceratae ac dispersae jacent.

Sed en totam Elegiam, ut ex Editione Brunckiana nobis digerenda videbatur.

Πρὸς τὸν Δία.

Ζεῦ φίλε, θαυμάζω σε· σὺ γὰρ πάντεσσιν ἀνάσσεις,
Τιμὴν αὐτὸς ἔχων καὶ μεγάλην δύναμιν.
Ἀνθρώπων δ' εὖ οἶσθα νόον καὶ θυμὸν ἑκάστου·
Σὸν δὲ κράτος πάντων ἔσθ' ὕπατον, βασιλεῦ.

Πῶς δὴ σεῦ, Κρονίδη, τολμᾷ νόος ἄνδρας ἀλιτροὺς
370. Ἐν ταύτῃ μοίρῃ τόν τε δίκαιον ἔχειν,
Ἤν τ' ἐπὶ σωφροσύνην τρεφθῇ νόος, ἤν τε πρὸς ὕβριν
Ἀνθρώπων ἀδίκοις ἔργμασι πειθομένων;
721. Καὶ τοῦτ', ἀθανάτων βασιλεῦ, πῶς ἐστι δίκαιον,
Ἔργων ὅστις ἀνὴρ ἐκτὸς ἐοὶ ἀδίκων,
Μή τιν' ὑπερβασίην κατέχων, μήθ' ὅρκον ἀλιτρὸν,
Ἀλλὰ δίκαιος ἐοὶ, μὴ τὰ δίκαια παθεῖν;
725. Τίς δὴ καὶ βροτὸς ἄλλος, ὁρῶν πρὸς τοῦτον, ἔπειτα
Ἄζοιτ' ἀθανάτους; καὶ τίνα θυμὸν ἔχοι,
Ὁππότ' ἀνὴρ ἄδικος καὶ ἀτάσθαλος, οὔτε τευ ἀνδρῶν
Οὔτε τι ἀθανάτων μῆνιν ἀλευόμενος,
Ὑβρίζει, πλούτῳ κεκορημένος, οἱ δὲ δίκαιοι
730. Τρύχονται, χαλεπῇ τειρόμενοι πενίῃ;
709. Ζεῦ πάτερ, εἴθε γένοιτο θεοῖς φίλα, τοῖς μὲν ἀλιτροῖς
Ὕβριν ἁδεῖν· καὶ σφὶν τοῦτο γένοιτο φίλον
Θυμῷ σχέτλια ἔργα μετὰ φρεσὶν ὅστις ἀπηνὴς
Ἐργάζοιτο, θεῶν μηδὲν ὀπιζόμενος,
Αὐτὸν ἔπειτα πάλιν τῖσαι κακά· μηδέ τ' ὀπίσσω
Πατρὸς ἀτασθαλίη παισὶ γένοιτο κακόν.
715. Παῖδες δ', οἵ τ' ἀδίκου πατρὸς τὰ δίκαια νοεῦντες
Ποιῶσι, Κρονίδη, σὸν χόλον ἀζόμενοι,
Ἐξ ἀρχῆς τὰ δίκαια μετ' ἀστοῖσιν φιλέοντες,
Μή τιν' ὑπερβασίην ἀντιτίνειν πατέρων.
Ταῦτ' εἴη μακάρεσσι θεοῖς φίλα. νῦν δ' ὁ μὲν ἔρδων
720. Ἐκφεύγει, τὸ κακὸν δ' ἄλλος ἔπειτα φέρει.

His

His ita aliquandiu a me conglutinatis addideram et notulas quasdam; quas ut non omnino de nihilo esse sentio, sic tamen pauperi de vena profluxisse nunc videntur; vereor autem, ne non, ut res ipsa postulat, eas suppleam, cum tam egregia hoc de loco Philosophico dederint viri longe Eruditissimi, Wyttenbachius ad libellum Plutarchi de S. N. V., Valckenaerius in Diatribe in Eurip. deperd. dram. Relig. cap. XVIII. et Gener Socero doctissimo pene suppar, Joa. Luzacius, in Exerc. Acadd. nuper editis. Non tamen, (et hoc ingenue, sed modeste simul fateor,) ea sum indole, ut haec me adeo deterreant exempla, quin potius doceant, quam pulcrum sit viros praestantissimos admirari, et, ut parvus Julus Aenean patrem, sic me illos sequi non passibus aequis. Hoc animo si quaedam nunc in medium proferam minus consentanea, conanti tamen atque incipienti Eruditorum indulgentia parata erit.

Vs. 369. Πῶς δὴ σεῦ. Ita Brunckius e quatuor Codd. pro πῶς δὲ σεῦ, quod veteres edd. Aldi, Juntae, reliquae habent. Qua in re dissentientem habet Cl. Wassenberghium, qui in Dissert. de nom. hom. & loc. propr. oblit. aut vitiat. p. 18. Poëtam scripsisse vult, πῶς δὲ Ζεῦ Κρονίδη. In eodem hoc versu νέος vox videtur lenior, quam ut a Poëta commoto hic scribi potuerit, quare malim χήλας, quod in ipsa hac Elegia vs. 716. recurrit, et pro quo vs. 728. μῆνις. Leg. Cl. Luzac. l. l. pag. 124.

723. [illegible] idem quod

ἐπιορκία, *perjurium*, de quo multa eaque praeclara dedit Cl. Luſacius l. l. qui p. 148. veriſſime „ Vix unquam, inquit, argumen„ tum iſtud *de Vindicta Divina* tractatur ſeu „ a Scriptore ethico, ſeu a Poëta, Gentili „ an Chriſtiano, quin exemplum a Perjurio „ ſumatur."

725. *Τίς δὴ καὶ βροτὸς ἄλλος κ. τ. λ.* Ad haec conferri meretur Fragmentum Ariſtonis vel Ariſtophontis Comici ap. Theophilum ad Autol., quod emendatius dedit idem vir Cl. Luſacius l. l. p. 145. Virgilius in re diſſimili lib. I. Aen. 52. Junonem loquentem inducit,

Et quisquam numen Junonis adoret
Praeterea, aut ſupplex aris imponat honorem?

Ovidius III. Amor. 3. 33.

Et quisquam pia tura focis imponere curet?

Idem l. l. 9. 33.

Quid vos ſacra juvant? quid nunc Aegyptia proſunt
Siſtra? quid in vacuo ſecubuisſe toro?
Cum rapiant mala fata bonos, (ignoſcite faſſo)
Sollicitor nullos esſe putare Deos.
Vive pius; moriere pius. Cole ſacra; colentem
Mors gravis a templis in cava buſta trahet.

Quem locum paulo longiorem vel ideo allegavi, quod in verſu penultimo interpunctiones

nea male collocatae sensum loci pulcerrimi disturbant, qui intellectu facilis erit, si legas:

Vive pius; moriere. pius cole sacra; colentem
Mors tamen a. t. in c. b. tr.

Sed in hoc Scriptore plurima etiamnum menda insident, quorum quaedam detexisse nobis videmur, quae alio tempore suppeditabimus. Unam nunc de pluribus conjecturam non possum non adferre.

Lib. II. Met. vs. 823. de Aglauro in lapidem versa legitur:

Sed genuum junctura riget, frigusque per UNGUES
Labitur. —

Legendum videtur INGUEN. Scilicet a genuum junctura frigus serpit per inguen, paulatim ad pectora (827.), et hinc ad vias vitales. (828.) Ciofanus in uno suo repererat *artus*, quod probat et exemplis firmat. frustra. omnia aliena sunt ab hoc loco. Heinsius, doctissimus Ovidii Medicus, vulgatum tuetur loco Lucretii. Sed vel inde et *artus* aeque bene defendi potest, nec quidquam elici nostrae emendationi contrarium.

Conferantur haec lib. II. Met. 353.

Dumque ea mirantur; complectitur inguina cortex:

Perque gradus uterum, pectusque, humerosque, manusque
Ambit.

Ab aliis nunc abstineo, et à diverticulo in viam redeo:

713. Μηδὰ τ' ἐπλεκα κ. τ. λ. Ea veterum fuit opinio, Deos majorum peccata in posteris punire. Vid. Cl. Wyttenb. ad Plut. de S. N. V. p. 68. add. Hesiodus op. et dier. 258. Ed. Br. Theognis vs. 203. (205.) seqq. Solon V. 31. seqq. Hinc mos vetus devovendi non se solum, sed et posteritatem suis sceleribus obstringendi, de quo Interpp. ad Matth. XXVII. 25.

715. παῖδες δ', οἱ τ' ἀδίκου πατρὸς. Legendum hic videbatur οἱ 'ξ. Praepositio additur quoque vs. 189. 190. (191. 192.) 1108. (1068.)

718. Ἀντιτίνειν, Retinendum hic vulg. ἀντιτίειν. Me pene in Brunck. lectione acquiescentem reduxit Cl. Wassenbergh. et exemplis et analogia ipsa docens, primam in τίνω, κρίνω, πίνω, σίνω, κίνω, δίνω aliisque produci, adeoque emendandam esse lectionem Aesch. in Prom. vs. 112.

Τοίας δὲ ποινὰς ἀμπλακημάτων τίω,

non τίνω. Nec non Solonis V. 31.

Ἀν-

Αὖθις ἀνάπιοι ἔργα τίουσιν;

non τίνουσιν. Cujus quidem viri mihi amicissimi monitis lubentissime nunc accedo. Neque Cl. Dorvilius in V. Cr. cap. IX. p. 365. cum durum pronuntiet multa loca mutare, in quibus prima in τίνω corripiatur, mihi persuadet non ignaro, quantas Librarii turbas dederint in voce τίνω; quam, quia primam brevem putabant, ubique fere per duplex N. scribere solebant. Brunckius vero, cum ad Theogn. vs. 352. ait, τίνω in lingua Jonica primam producere, quae Atticis brevis sit, hujus dicti videtur oblitus et hoc in loco Theognidis, de quo agimus, et in loco Solonis supra laudato; qui certe ambo Jonica dialecto usi fuerunt.

§ II.

Eodem, quo in praecedentibus, modo digeramus nunc quaedam fragmenta, quae partes esse videntur unius Elegiae, quam scripserit Theognis in hominem, qui amicitiae fidem fefellisset. Titulum faciamus.

Εἰς φίλον κίβδηλον.

941. Μήποτ' ἐπαινήσῃς, πρὶν ἂν εἰδῇς ἄνδρα σαφηνῶς,
'Οργὴν, καὶ ῥυθμὸν, καὶ τρόπον ὅστις ἂν ᾖ.
Πολλοί τοι κίβδηλον ἐπίκλοπον ἦθος ἔχοντες
Κρύπτουσ', ἐνθέμενοι θυμὸν ἐφημέριον.
945. Τούτων δ' ἐκφαίνει πάντων χρόνος ἦθος ἑκάστου.
καὶ

Καὶ γὰρ ἐγὼ γνώμης πολλὸν ἄρ' ἐκτὸς ἔβην.
Ἔφθην δ' αἰνήσας, πρὶν σοῦ κατὰ πάντα δαῆναι
Ἤθεα· νῦν δ' ἤδη, ναῦς ἅθ', ἑκὰς δίεχω.
1055. Ἤδη καὶ πτερύγεσσιν ἐπαίρομαι, ὥστε πετεινὸν
Ἐκ λίμνης μεγάλης, ἄνδρα κακὸν προφυγὼν,
Βρόχον ἀποῤῥήξας· σὺ δ' ἐμῆς φιλότητος ἁμαρτὼν,
Ὕστερον αὖ ἑτέρου γνώσῃ ἐπιφροσύνην,
Ὅστις σοι βούλευσεν ἐμοῦ πέρι, καὶ σ' ἐκέλευσεν
1060. Οἴχεσθαι προλιπόνθ' ἡμετέρην φιλίην.
399. Φίλτατος ὢν ἥμαρτες· ἐγὼ δέ τοι αἴτιος οὐδέν.
Ἀλλ' αὐτὸς γνώμης οὐκ ἀγαθῆς ἔτυχες.
607. Οὔ μ' ἔλαθες φοιτῶν κατ' ἀμαξιτὸν, ἣν ἄρα καὶ πρὶν
Ἠλάστρεις, κλέπτων ἡμετέρην φιλίην.
Ἔῤῥε θεοῖσίν τ' ἐχθρὲ καὶ ἀνθρώποισιν ἄπιστε,
Ψυχρὸν ὃς ἐν κόλπῳ ποικίλῳ εἶχες ὄφιν.
1049. Ἀργαλέως μοι θυμὸς ἔχει περὶ σῆς φιλότητος·
Οὔτε γὰρ ἐχθαίρειν, οὔτε φιλεῖν δύναμαι,
Γιγνώσκων χαλεπὸν μὲν, ὅταν φίλος ἀνδρὶ γένηται,
Ἐχθαίρειν, χαλεπὸν δ' οὐκ ἐθέλοντα φιλεῖν.
Σκέπτεο δὴ νῦν ἄλλον· ἔμοιγε μὲν οὔτις ἀνάγκη
Τοῦτ' ἔρδειν. τῶν μοι πρόσθε χάριν τίθεσο.
603. Ἄνθρωπ' ἀλλήλοισιν ἀπόπροθεν ὦμεν ἑταῖροι.
Πλὴν τούτου, παντὸς χρήματος ἐστὶ κόρος.
Δὴν δὴ καὶ φίλοι ὦμεν, ἀτὰρ κείνοισιν ὁμίλει
Ἀνδράσιν, οἳ τὸν σὸν μᾶλλον ἴσασι νόον.

Eadem venia et hic aliquot addamus notulas, si non necessarias, certe, ut speramus, non inutiles futuras.

941. ἐπαινήσῃς. Hanc Brunckii emendationem pro Ald. ἐπαινέσῃς recepimus. Est autem αἰνεῖν *amicitiae amatorumque* proprium verbum. Theognis mox 947. ἔφθην δ' αἰνήσας. Isocrates ad Dem. Ed. Cantab. 1686. p. 56. ἀρχὴ μὲν γὰρ φιλίας ἔπαινος. Hinc amatores, ut gratiam apud amatas ineant, solent earum oculos, capillos, amictum et cetera laudare. Ovid. I. Met. 500.

Videt oscula; quae non
Est vidisse satis. laudat digitosque manusque,
Brachiaque et nudos media plus parte lacertos.
Si qua latent, meliora putat.

Nec omisit *laudandi* praeceptum Ovidius in Art. Am. I. 621. II. 297. seqq.

942. ὀργὴν καὶ ῥυθμόν. Pro ῥυθμὸν conjeceram θυμόν. Postea vidi Stobaeum p. 38. ita versum hunc citare,

ὀργὴν καὶ θυμὸν καὶ τρόπον, ὅντιν' ἔχῃ.

Consultus Wassenberghius haec mecum communicavit. „ Ῥυθμὸν, inquit, ego interpretor σύνθεσιν, et figurate de moribus dici „ posse nullus dubito. Sane quo insolentior „ vox est, eo magis videtur servanda. in lo„ cis autem a Stobaeo excerptis saepe vario„ ra commutari solent notioribus. tecum ta„ men facit Camerarius." Cujus ὑπόμνημα et Vir Cl. mea gratia subjecerat.

943.

943. Κίβδηλον. Et hic conjeceram κίβδηλοι, apposito versu 117. (119.)

Κιβδήλου δ' ἀνδρὸς γνῶναι χαλεπώτερον οὐδέν.

In hac me conjectura confirmavit Wassenb. haec monens. „ Licet uni substantivo duo „ saepe jungantur adjectiva, vel sic tamen „ ita tecum legendum censeo, quoniam ista „ lectio Nostri genio unice videtur consen- „ tanea." ἐπίκλοπον ἦθος et Hesiod. Op. et Dier. 57.

Ἐν δὲ θέμεν κύνεόν τε νόον καὶ ἐπίκλοπον ἦθος.

944. ἐνθέμενοι θυμὸν ἐφημέριον. Vox ἐφημέριος eadem notione occurrit vs. 656. (664.) opponitur καθαρὸν θέμενος νόον, vs. 89. et ap. Athen. p. 695. c. Vs. autem sequente pro πάντων, quod supervacaneum aliquo pacto videtur, quia mox additum ἑκάστου, placet πάντως, utique, certe. Sic apud Solonem V. 31.

Ἦλθε πάντως, scil. Μοῖρα θεῶν.

et vs. 28.

Πάντως δ' ἐς τέλος ἐξεφάνη, scil. Ζηνὸς τίσις.

Theogn. vs. 1100. (1062.)

Ὕβρις —— πάντας, Κύρνε, καὶ ὕμμας ὀλεῖ.

1057. βρόχων ἀπορρήξας. Rectissime ita Brunck. ex omnibus suis Codd., addita satis valida ratione, cur hanc reciperet lectionem. Ita legendum esse, ante Brunck. jam vidisse Camerarium et Scaligerum, monuit Cl. Wassenbergii.

1058. τὸν ἐμὸν. Palmerium, hanc Brunckii emendationem pro ἡμέτερον, ab eoque in textum receptam, nullam vidimus causam, quin et ipsi reciperemus. Quod vero vs. seq. Brunck. sine mentione in textum recepit, ἐμοῦ pro ἐμοῦ, Euphoniae gratia fecisse videtur.

608. ἠλάστρεις. Nemo Editorum, quantum equidem scio, ne ipse quidem Brunckius quidquam monuit. In versione Latina redditur *agebas*, unde confici videtur Interpretem voluisse ἤλαυνες. Forte in eo latet Homericum ἠλάσκω, legendumque est ἠλάσκεις, ut sub articulo τὴν subintelligatur κατὰ, quod proxime praecessit. An potius ἤϊξας, quod et ipsum Homericum est? H. in Cerer. 177.

Ἤϊξαν κοίλην κατ' ἀμαξιτόν.

An verbum est ἀλαστρέω, ab antiquo ἀλάω, cujus medium nunc superest ἀλάομαι? Eruditorum sit arbitrium.

610. ψυχρὸν δὲ ἐν κόλπῳ ποικίλῳ εἶχες ὄφιν.

Ita pro vulg. ποικίλον Brunck. Wopkens, vir doctiss. Lect. Tull. p. 74. emendavit ψυχρῷ pro ψυχρὸν. Sed anguis Epitheton *frigidus* est apud Virgil. III. Ecl. 93. VIII. 7. — Hominis improbi, quocum amicitia con-

contracta, ſymbolum est Serpens. Carcini Scolion legitur ap. Athen. p. 695. A. χάλα τὸν ὄφιν λαβὼν, quod egregie pro more ſuo explicat doctisſimus Caſaubonus. Add. Erasm. prov. *Serpentem foves et is te.* Cl. Wasſenb. haec monuit. „ Uſitatisſimum, „ inquit, Epitheton, quo ὄφις Poëtis Grae- „ cis dicitur ψυχρός. Muliercula apud Theo- „ crit. XV. 58.

Ἵππον καὶ τὸν ψυχρὸν ὄφιν τὰ μάλιστα δέδοικα.

„ Atqui idem quoque ποικίλος. Plutarch. in „ Themist. p. 126. B. (vox est Roxanis Per- „ ſae Chiliarchi ad Themiſtoclem) ὄφις ἕλλην „ ὁ ποικίλος, κ. τ. λ. Ergo nihil potius „ muto."

1049. ἀργαλέως, κ. τ. λ. Conferantur, quae in Bibl. Crit. Vol. II. part. 2. p. 11. Veterum loca excitantur.

1052. Οὐκ ἐθέλοντα φιλεῖν. In mentem aliquando venerat οὐ φιλέοντα φ. ſed vel maxime ſana est lectio. cf. vs. 352. (342.) Verba θέλειν et φιλεῖν ſaepe permutantur. Quum legerem doctisſ. Palmerii Graeciam antiquam, et ad pag. 331. pervenisſem, ubi verſus aliquot Heſiodi ex Orientalibus (Ἠοίαις) allegantur, ultimum verſum,

Τὴν δὲ Ζεὺς ἐφίλησε, καὶ ὃν χρηστήριον εἶναι,

facile videbatur ita emendare:

Τὴν δὲ Ζεὺς ἐθέλησεν ἑοὶ χρηστήριον εἶναι.

Sed

Sed multo post vidi, hanc emendationem jam occupasse τὸν πάνυ Ruhnkenium in Epist. Crit. I. p. 114.

§ III.

Elegiam Theognidis longe elegantissimam, in qua mulier juvencula, procax, seni marito nupta, inducitur, variis ex fragmentis coagmentavit Cl. Wassenbergh. in Diss. de Transpos. p. 23. Hanc alio fragmento, quod legitur vs. 579. (593.) seqq. praeterea a me auctam hic subjungendam putavi.

251. Ἵππος ἐγὼ καλὴ καὶ ἀεθλίη· ἀλλὰ κάκιστον
Ἄνδρα φέρω, καὶ μοι τοῦτ' ἀνιηρότατον.
Πολλάκι δὴ μέλλησα διαῤῥήξασα χαλινὸν
Φεύγειν, ὠσαμένη τὸν κακὸν ἡνίοχον.
841. Οἱ με φίλοι προδιδοῦσι, καὶ οὐκ ἐθέλουσί τι δοῦναι
Ἀνδρῶν φαινομένων· ἀλλ' ἐγὼ αὐτομάτη
Ἑσπερίη τ' ἔξειμι, καὶ ὀρθρίη αὖθις ἔσειμι,
Ἦμος ἀλεκτρυόνων φθόγγος ἐγειρομένων.
593. ἐχθαίρω κακὸν ἄνδρα· καλυψαμένη δὲ πάρειμι,
Μικρῆς ὄρνιθος κοῦφον ἔχουσα νόον.
Ἐχθαίρω δὲ γυναῖκα περίδρομον, ἄνδρα τε μάργον,
Ὃς τὴν ἀλλοτρίην βούλετ' ἄρουραν ἀροῦν.
Ἀλλα, τὰ μὲν προβέβηκεν, ἀμήχανον ἐστὶ γενέσθαι
Ἔργα· τὰ δ' ἐξοπίσω τῇ φυλακῇ μελέτω.
449. Οὔτοι σύμφορόν ἐστι γυνὴ νέα ἀνδρὶ γέροντι.
Οὐ γὰρ πηδαλίῳ πείθεται, ὡς ἄκατος.

ἐνδ' ἄγκυραι ἔχουσιν· ἀποῤῥήξασα δὲ δεσμὰ,
πολλάκις ἐκ νυκτῶν ἄλλον ἔχει λιμένα.

842. Ἀνδρῶν φαινομένων. Legendum ἀστρων φαινομένων cum doctisf. Theod. Kotenio, cujus hanc conjecturam mecum communicavit Cl. Wasfenb. additis et his: „ Communica„ veram cum doctisf. Eldikio nostri Kotenii „ conjecturam elegantem ἄστρων. respondit „ Ille: Kotenianum ἄστρων eo magis placet, „ quod mihimet etiam venerat in mentem."

593. ἐχθαίρω κακὸν ἄνδρα, κ. τ. λ.

Cl. Wasfenberghius a me consultus: „ hoc „ distichon, (593. 594.) inquit, libenter „ tecum hac in sede recipio. At sequentes „ quatuor versus huius vel loci, vel mulie„ ris esse nego. Illi utique alio spectant. „ Meo autem sensu cohaerent manifesto illa:

ἐχθαίρω κακὸν ἄνδρα ——
οὔτοι σύμφορόν ἐστι γυνή ——."

Qua quidem in re an Viro doctissimo accedam dubito. Primum enim, sensus est apertus fatis, distichonque istud cum quatuor seqq. versibus aptè ac concinnè connectitur. Deinde, haec Elegia, si inter ὑποθήκας παραινετικὰς, quales fere Theognideae, locum est habitura, aliter vix scribi potuit. Tum, notissimum est, ita homines esse plerumque, ut, quamvis norint ac profiteantur se pec-

cas

caſſe, ſpecioſa tamen culpae nomina praetexant. Ecqua mulier nomen adulterae aut meretricis amat, etiam ſi proſtrata est pudicitia? Hinc juvenca haec libidinoſa meretrices moechosque odiſſe dici potuit. Omnia denique, quae loquitur, praeſertim qui ſequuntur duo verſus (597. 598.) miram mulieris levitatem coarguere videntur.

Si quis tamen verſum 595. et ſequentes ad finem usque Elegiae, viro ad dicta uxoris adulterae quaſi respondenti tribuere malit, non adverſabor: non enim haec, prae ceteris autem ultima, virum minus decent, quam mulierem. Poſtremum hoc fragmentum citat Athen. p. 560. A. optimeque cum Theophili Comici verſibus ex Neopt. comparat. Conf. ſummus Valckenaerius, Diatr. in deperd. Eurip. Dram. p. 273.

594. Μικρῆς ὄρνιθος κοῦφον ἔχουσα νόον.

Κοῦφος νόος egregie levitatem et inconſiderantiam florentis aetatis exprimit. Simonides I. 8.

Θνητῶν δ' ὄφρα τις ἄνθος ἔχῃ πολυήρατον ἥβης,
Κοῦφον ἔχων θυμὸν, πόλλ' ἀτέλεστα νοεῖ.

Hic autem, ſi de peculiari avis genere cogitandum est, per ὄρνιν μικρὴν deſignari videtur *paſſer*, de quo Athen. 391. F. teſtatur, ὅτι ἐστὶν ὀχευτικός. Nam, etſi non ignoro, ὄρνιν ſaepius de genere Gallinaceo tam maſculino

quam feminino dici; nec me latet, quid dixerint magnus Casaubonus ad Athen. p. 45. et Dorvilius in V. Cr. p. 149., de aliis tamen avibus interdum et in usu est, de *grus* apud Nostrum vs. 1197. (1149.) coll. Hesiod. ἔργ. 418. Accedit, quod Epitheton μικρὴ Gallinae minus aptum est. Quae sit γυνὴ περίδρομος, paucis exposuit recte Cl. Brunck. Conf. Biblioth. Crit. Vol. II. Part. I. p. 79.

597. Ἄλλα. Ita Brunck. ut esset nomen, non adverbium. Doctiss. Eldikius emendabat ἄργα pro ἔργα, retento vulg. ἀλλά. Cujus emendationi stabiliendae subserviunt Homer. Iliad. Σ. 112. & Τ. 65.

Ἀλλὰ τὰ μὲν προτετύχθαι ἐάσομεν ἀχνύμενοί περ.

et ipse Theognis 1051. (1021.)

Ἀλλὰ λόγον μὲν τοῦτον ἐάσομεν.


Cl. Wassenberghius ab initio verborum trajectione instituta, receptaque Brunckii emendatione, ita legi maluit:

Ἔργα, τὰ μὲν προβέβηκεν, ἀμήχανον ἐστὶ γενέσθαι
Ἄλλα.

additis insuper his: „ Eldikiana leniorem sibi
„ visam Brunckii crisin, et ἔργα defendi posse
„ loco Pindar. Olymp. II. 33."

451. Ἄγκυραι. Ex codd. restituit Brunck., sed

ſed ita jam ante eum emendaverat Wopkens L. T. p. 74. Wasſenberghius, qui in Diſſ. de Tranſp. l. l. ſic quoque edendum curavit, mecum communicabat, ſe ita ante multos annos Wopkenſii immemoren correxisſe.



THOMAE WOPKENSII

IN

C. CORNELII TACITI,

OPERA

ANIMADVERSIONES CRITICAE.

LIBRO UNDECIMO.

Cap. I. *Qui .. moneret Claudium, auri vim atque opes principibus infensas; praecipuum auctorem Asiaticum interficiendi Caesaris, non extimuisse.*] In MS. Flor. *cauri* (vel *caveri*) *vim atque opes*: et *caveri v. a o.* ed. prima et aliae: Agr. *caveret v. a. o.* et Guelf. *cavere v. a. o.* quod Ernestio edendum visum est. *Vires et opes* jungi quidem aliquoties a nostro, observamus ad Hist. II. 19. dubito autem an *vim atque opes*. Et ut hic *auri vim atque opes*, sic infra c. 24. aurum *et* opes *suas inferant potius, quam separati habeant.* Histor. IV.

IV. 74. *penes quos* aurum *et* opes, *praecipuae bellorum caussae*. Malim igitur cum Lipsio et Pichena legere, *auri vim atque opes p. i.*

Cap. II. *Quos pecunia et stupro in omni flagitio obstrictos arguebat.*] *In omni flagitio*, quod vulgo minus recte intelligitur, valet, ubi flagitium qualecunque admittendum esset. Confer. Cicer. pro Caecina c. III. *Si quis quod spopondit*, qua in re *verbo se uno* obligavit, *id non facit*, *maturo judicio . . condemnatur*.

Cap. III. *Cum se honestius calliditate Tiberii . . periturum dixisset*, *quam quod . . impudico Vitellii ore caderet.*] *Quod*, licet elegantius absit post *quam*, dubito tamen an tollere Gronovio, nolentibus libris, licuerit, et hic, et in loco isto Livii XXVI. 6. *Neque tam armati irrumpentibus Romanis resistebant*, quam quod . . *missilibus procul hostes arcebant.* et Cicer. post Red. in S. c. V. *piraticam ipse fecisset*, *ac minore quidem cum reip. detrimento*, quam quod *intra moenia nefarius hostis praedoque versatus est*, *quo* &c. Sic ubi conjunctio *ut* plerumque omitti solet, addidit illam Livius II. 34. *ipsos potius cultores agrorum fore*, quam ut . . *coli prohibeant*. et lib. IV. 2. *et se millies morituros potius*, quam ut . . *tantum dedecoris admittant.* Adde quod idem lib. XXXIV. 2. *quid enim aliud . . faciunt*, quam quod . . *legem abrogandam censent?* in qua forma simplici *quam* utitur lib. XLI. 28. cum Cicerone Tusc. I. 30. in Verr. V. 22. et 39. pro Sulla c. XII.

pro S. Roscio c. XXXVII. pro Caecina c. III. Denique ita Florus I. 22. *nec minus ille ferociter injuriam armis vindicasset*, nisi quod *jam inferentem signa . . exarmavit* . ubi quaedam alia.

Cap. IV. *At caussa necis ex eo, quod domum . . congressibus praebuissent.*] *Ex eo*, quasi Tacito minus dignum foret, cum MSto Guelf. et quibusdam edd. delendum, non dixerim, quum sic quoque lib. I. 7. Caussa *praecipua* ex *formidine*, *ne Germanicus* &c. lib. XVI. 15. Caussa *festinandi* ex eo *oriebatur*, *quod . . metum Neroni fecerat*, *ne* &c. ubi Grutero, iterum turbanti, merito refragatur nuperus editor. Livius IV. 9. *quorum* caussa *atque initium traditur* ex *certamine factionum ortum*. Cicero Philipp. VI. c. 1. Caussa . . *Kal. Jan. de repub. primum referendi fuit* ex eo, *quod XIII Kal. Jan. senatus, me auctore, decrevit*.

Ibid. *tanquam vidisset Claudium* etc. *eaque imagine gravitatem annonae dixisset.*] Rhenanus pro *dixisset* legebat *praedixisset*, vel *significari dixisset*. Posset etiam conjectari *eamque imaginem gravitatem ad annonae duxisset*, vel *traxisset* . Sed *dixisset* notat *praedixisset* . ut Ovid. Epist. V. 33.

Illa dies fatum miserae mihi dixit.

cum nota Heinsii. Cicero de Divin. I. 40. *et signis admoniti futura* dicebant . ubi alia exempla nos. Dares Phryg. Excid. Troj.

c. VIII. *Casſandra* . . dicere *coepit*, *quae Trojanis futura esſent ſi* &c. Vide et Ernestium.

Cap. V. *Nam cuncta legum et magiſtratuum munia in ſe trahens princeps, materiam praedandi patefecerat.*] Lipſio vocem *munia* injuria expellenti dudum oppoſueramus geminum locum lib. I. 2. ab erud. Ernestio jam dextre allatum, addideram etiam Hiſt. IV. 39. *redit urbi ſua forma legesque et* munia *magiſtratuum*.

Cap. VI. *Qui famam in poſteros praemia eloquentiae cogitavisſent pulcherrima.*] Quod *ad poſteros* Livius in his I. 36. *ut esſet* ad poſteros *miraculi ejus monumentum*, idem ferme *in poſteros* dixit noſter. Ita et lib. VI. 46. *quippe illi non perinde curae gratia praeſentium*, *quam* in poſteros *ambitio*. lib. I 8. *primores civitatis* (heredes) *ſcripſerat* . . *jactantia gloriaque* ad poſteros.

Cap. VII. *Omitti curas familiaris*, *ut quis ſe alienis negotiis intendat.*] Bene *intendat*, inquit Acid. etiam omisſo *ſe*. Quid ſi tamen, addit, illo retento, pro *intendat* legas *impendat*? Sic ſane ſcribere potuit auctor . ut lib. XII. 65. *ut vitam uſui ejus* impenderet. Sulp. Severus Dial. I. 1. *ut* me *hujus Sulpicii mei deſiderio verboſius* impenderem. Salvian. Gub. Dei, Praefat . *non ſatis conſiderantes*, *quam probabilibus materiis* ſe impenderent. Prudentius Periſteph. II. 20.

Nam morte mortem diruit,
Ac ſemet impendit *ſibi.*

Et ibid. hymn. X. 789.

> Impende te *ipsi*, *cujus ortus munere es.*
> *Bene in datorem quod dedit refuderis.*

Sic enim malim, quam ut vulgo *Impendere.* Etiam absque *se* legi posset *intendat* scil. eas (curas.) vide Bentleium ad Horat. II. epist. I: 216. Sed librorum consensu satis vindicatur *se a. n. intendat*, i. e. a. n. intentus sit. ut *intentum esse negotiis* dixit Sallust. Catil. c. II. 9. et LIV. 4. et Iugurth. c. LXXXIX. 2. Quinctil. I. 5. *acriter se in illud tenue discrimen grammaticus* intendat. et lib. IV. 4. *ut sit haec commonitio judicis, quo* se *ad quaestionem acrius* intendat.

Ibid. *Exercendo agros.*] Sic praeter Virgil. et Colum. a V. D. allatos, Justinus II. 2: 3. et XLIII. 3: 5. Plinius VII. ep. 18. ubi alia interpretes, uti etiam ad Boëtium Conf. V. 1. Adi quoque Barthium Adv. XXXV. 21.

Ibid *quem (modum) egressi repetundarum tenerentur.*] i. e. reus foret. Cicero de Leg. III. 13. *Quis non frangeret eorum libidines, nisi illi ipsi, qui eas frangere deberent*, cupiditatis *ejusdem* tenerentur, quod merito ibi contra Manut. defenditur.

Cap. VIII. *quem . . ad praesentiam Caesaris vectum memoravi.*] *Ad praes. Caesaris vectum*, i. e. ad Caesarem, vel avectum, ut coram Caesare sisteretur. Gregor. Turon. H. Franc. IV. 26. *postquam . . portas ingressus, regis* praesentiam *adiit.* c. 34. *cum ad*

ad praesentiam *jam dicti principis properassent*, Sic passim ille. Mamertinus Genethl. c. 1. *si quidem apud tanti* praesentiam *nominis hoc ipsum mihi maximum dicendi praemium videbatur ut dicerem.* Augustin. Epist. XXXII. extr. *Filium . . etsi ad tuae caritatis* praesentiam *ipse non pergeret*, *statueram literis in manu tua tradere*, *consolandum.* Hanc igitur Taciti scripturam, quam etiam agnoscit MS. Guelf. cum edit. Pureolani, sollicitandam non puto, licet cum aliis MSS. et edd. jam editum sit *ad p C. vinctum.*

Ibid *qui necem fratri . . ac filio ejus praeparaverat.*] Gronovius cum Mureto scribit *properaverat*, quia vix Latine dici putat *necem cui praeparare*, neque elegantius esse *necem cui parare.* Posteriore tamen phrasi utitur Tacit. lib. XIV. 58. *Plauto* parari necem, *non perinde occultum fuit.* Ovid. A. Am. I. 73.

Quaque parare necem *miseris patruelibus ausae*,
Belides.

Atque ita apud nostrum, Sallust. Phaedrum et alios *parare cui vim*, *dolum*, *perniciem* &c. Verbo aequipollente id *necem cui moliri*, dicitur lib. XIII. 1. *iemand den dood brouwen.* Sed nec *praeparaverat* plane damnandum, quoniam hoc compositum, ubi et alia ejusmodi, haud raro tantum non idem, quod simplex, valet. Orosius VII. 5. *quanta multitudo hominum* praeparatam *mortem evaserit*. vide lib. VI, 1. p. 420. Capitolin. in Pertin. c. X. *Sed Pertinaci factio* praeparata *est per Laetum.* Ambrosius de Paradiso c. II. *nempe diabolo*

au-

auctore neceș *videntur justis hominibus* praeparari, *exercere quoque parricidia filiorum*, &c. Hegesip. II. 6. *sive quia Judaeis ob gravia sacrilegia . . ultimum excidium* praeparabatur . et c. 5. *quod a Romanis discedere et conciliabulum sibi quaerere* praeparavissent. Prudentius Perist. X. 48.

Armis profanus praeparabat *impiis*
Altaris aram funditus pessum dare.

Sic *praeparare insidias*, Livius XXIX. 33. et Solinus Polyh. c. XXXVIII. et XLV. *classem*, Dict. Cret. I. 18. et Sueton. Ner. c. XLVII. *profectionem*, idem Tiber. c. XXXVIII. *coelos*, Ruffin. H. Eccl. I. 1.

Cap. IX. *Tunc . . casus Mithridati datus est occupandi Armeniam, vi militis Romani ad excidenda castellorum ardua, simul Ibero exercitu campos persultante.*] Salluſt. Jug. c. XXV. *maxume sperans, diducta manu hostium aut vi aut dolis sese* casum *victoriae inventurum*. cum nota Cortii: In his *vi militis R*, Ernestius subaudiebat *conversa*, aut aliud quid, quod lateat in sequente *persultante*. Sed nihil hic invenustam talem syllepsim agnoscere cogit: pendetque haud dubie ablativus ita a praecedentibus, ut si plenius esset . . *o. A. idque vi militis R.* (vel qua praeditus miles R. erat) *ad exc. c. a.* lib. I. 1. *Inde consilium mihi pauca de Augusto et extrema tradere; mox Tiberii principatum et cetera;* (idque) *sine ira et studio, quorum* &c. lib. II. 64. *mox Rhescuporis egredi fines, vertere in se Cotyi data, et* re-

resistenti vim facere; (idque) *cunctanter sub Augusto, quem . . metuebat . enimvero* &c. lib. IV. 31. *At P. Suilium . . amovendum in insulam censuit;* (idque) *tanta contentione animi, ut* &c. sic XV. 55. extr. lib. III. 4. *Illic . . concidisse remp., nihil spei reliquum clamitabant;* (idque) *promtius apertiusque, quam ut meminisse imperitantium crederes.* Hist. I. 24. *quam . . largitionem Otho . . intendebat; adeo animosus corruptor, ut C. Proculo . . agrum sua pecunia emtum dono dederit:* (idque, vel quod fiebat) *per socordiam praefecti, quem nota pariter et occulta fallebant.* ubi rursum aliquantum haerebat V. D. lib. II. 64. *Longum interfectori visum: in itinere . . jugulavit:* (idque) *magna cum invidia novi principis, cujus* &c. lib. IV. 28. *Nec quievere Ubii quo minus praedas e Germania peterent:* (idque) *primo impune: dein circumventi sunt,* &c. et c. 81. *quidam . . genua ejus advolvitur, remedium caecitatis exposcens gemitu:* (idque) *monitu Serapidis dei, quem* &c. Iterum Ann. III. 24. *nec nisi Tiberio imperitante, deprecari Senatum ac Principes ausus est;* (idque, vel adiutus, fretus) *M. Silani fratris potentia, qui per* &c. quem locum ad talem ferme ablativum illustrandum adduxi in lib. IV. 12.

Cap. X. *Exin validissimas praefecturas invasit: et reciperare Armeniam, ni Vibio Marso . . cohibitus foret.*] Sic cum Rhenano Gronovius et Salinerius ex Budensi MS. legunt et *reciperare* intelligunt *reciperabat.* Quia tamen minus usitatus ejusmodi infinitivus ante ni, Ernestius credebat potius scribendum *recipera-*

ra-

rabat, aut excidisse verbum. Posses item conjicere . . *invasit*, *ut reciperaret A*: et sic commode sequitur, *ni Vibio* &c. vide ad lib. IV. 64. Venetae autem editionis *scripturae reciperare Armeniam parabat*, favet Guelf. Cod. *r. A. parebat.* Atque ita Hist. III. 46. *Iamque castra legionum exscindere* parabant, ni *Mucianus sextam legionem opposuisset*, &c. lib. IV. 36. *Eadem in Voculam* parabantur, ni *servili habitu* . . *evasisset*. Ann. I 24. *Quin* . . *inter se* . . *ferrum* parabant, . . ni *miles* . . *minas interjecisset*. MS. Flor. et ed. prima *r. A. habebat*, i. e. reciperaturus erat Armeniam; quod amplecterer, si hic usus verbi, apud Lactantium ejusque aequales obvius, antiquioribus satis frequens esset: ideoque mallem *r. A. avebat.*

Ibid. *Ingens gloria atque eo ferocior.*] Sic M. Germ. c. XXXVII. *parva nunc civitas*, *sed* gloria ingens. Plinius Pan. c. X. *Ita ille* . . ingens gloria, *ingens fama*, . . *te territ reliquit.*

Ibid. *Venationique intentum interfecere*, *primam intra juventam*, *sed claritudine paucos inter senum regum*, *si perinde*] Formula elegans *inter paucos senum regum*, offendere non debuit Muretum, conjectantem, *paucis inferiorem regum*. lib. XVI. 18. *dein* . . inter paucos *familiarium Neroni adjutus est.* Livius XXIII. 44. *memorabilisque* (pugna) inter paucas *fuisset*, *ni* . . *imber diremisset pugnantes*, et lib. XXXVIII. 15. *Cum ea res animos facit*, *tum* . . *situs* inter paucas *munitae*

tae urbis. Curtius III. 11. *armis et robore corporis multum super ceteros eminens, animo vero et pietate* in paucissimis. adde lib. V. 5. et lib. VI. 8. Ruffinus H. Eccl. VI. 16. de raris *religiosa femina.* Sic Graece dicitur ἐν ὀλίγοις, observante Celeb. Hemsterhusio ad Lucian. in somnio c. 2.

Ibid. *Quidem ad Meherdatem, prolem Phrahatis obsidio nobis datum.*] Raritas hujus usus vocis *obsidium* suspicionem mihi movet, legendum *obsidem nobis datum*. ut lib. XII. 10. *ideo regum* obsides *liberos* dari, *ut domestici* &c. lib. I. 44. *rediret legionum alumnus, neve* obses *Gallis* traderetur.

Cap. XII. *Quo minus strueret crimina et accusatores*] Sic lib. XII. 22. *molitur crimina et accusatorem, qui objiceret* &c. confer lib. II. 74. *qui crimina et accusationem, tanquam adversus receptos jam reos instruebant*, cum n. Gronovii.

Ibid. *Illa . . multo comitatu ventitare domum.*] *Domum* sc. ejus. ut lib. IV. 68. *ac jam ultro quaerere Sabinus Latiarem*, ventitare domum! *dolores suos quasi ad fidissimum deferre.*

Cap. XV. *Sed benignitati deum gratiam referendam, ne ritus sacrorum . . per prospera oblitterarentur.*] Optime vidit Gron. haec *ne ritus sacrorum* &c. praecedentibus sic adhaerere, quasi legeremus *hanc* vel *sic gratiam ref. ne ritus* vel *gratiam referendam ritibus . . non oblitterandis*. Durior ille quidem, sed optimo cuique satis familiaris usus conjunctionum *ut* et *ne*. lib. III. 62. *fidem atque virtu-*

tutem Magnatum decoravere, uti *Dianae Leucophrynae perfugium inviolabile foret* . lib. IV. 38. *qui ſatis ſuperque memoriae meae tribuent*, *ut majoribus meis dignum* (me) . . *credant*. quod immerito ſollicitari diximus . lib. XIII. 13. *primas adoleſcentis cupidines velaverat*, *praebueratque* (ſuum) *nomen*, ut *quae princeps furtim mulierculae tribuebat*, *ille palam largiretur*. Salluſt. Jug. c. XIV. *quod in familia nostra fuit*, *praeſtitit*, uti *in omnibus bellis vobis adesſet*. Vellej. II. 15. *id majores* . . *diligenter vitaverant*, ut *cives* .. *in Italiam*.. *revocaverint* . ad quae duo loca, ut et alibi, plura.

Cap. XVIII. *Ne quis agmine decederet*, *nec pugnam niſi jusſus iniret.*] Pro *nec pugnam niſi jusſus iniret*, Gruterus e quodam MS. legit *ne quis niſi jusſus iniret*, ſubaudito *agmen*. Sed hoc ſi voluisſet auctor, tali aliquo modo potius ſcripſisſet, *ne quis niſi jusſus agmine decederet aut iniret*. In altera autem haud dubiae integritatis lectione immerito culpat hic criticus, quod injusſu imperatoris pugnam ire ejusmodi delictum ſit, quod omni tempore ab omnique duce fuerit caſtigatum; quaſi hoc in delicto injusſu imperatoris ab agmine decedendi minus verum ſit, aut non illud aeque, atque hoc ab his legionibus, quas veterem ad morem reducebat Corbulo, negligi potuerit.

Ibid. *Quae nimia*, *et incertum an falſo jacta*, *vel aucta*, *originem tamen e ſeveritate ducis traxere*] Non ſane fuit, cur Pricaeus *immania* legeret pro *nimia*, i. e. nimis ſevera,

im-

immoderata . ut lib. III. 65. *ut . . certatim exsurgerent, foedaque et* nimia *censerent* . lib. VI. 7. *aut quae ipsis* nimia *et moesta fuerant, ne pari taedio lecturos adficerent, verentur.* lib. XII. 52. *impotentiam muliebrem,* nimias*que spes ejus arguens* . lib. XIII. 13. *ut* nimia *nuper coërcendo filio, ita rursum intemperanter demissa.*

Cap. XIX. *Idem* (nationi Frisiorum) *senatum, magistratus, leges imposuit: ac ne jussa exuerent, præsidium immunivit.*] scil. ibi, vel apud illos, de qua ellipsi ad Justin. VII. 1. et supra ad lib. I. 11. Rariore verbo *immunire* usus Hegesipp. V. 36. *dispositis omnibus usque ad fundamenta terrae, quae castra . . Herodes* immuniverat . atque ita Freinsh. lib. IV. 49. *obsidium coepit per praesidia, quae opportune* immunierat. ubi vulgo *jam muniebat.*

Cap. XXIV. *ut non modo singuli viritim, sed terrae gentesque in nomen nostrum coalescerent.*] In Florent et Agric. MS. ἀσυνδέτως, *sed terrae, gentes in n. n. c.* et sic passim noster. Neque cum Heinsio tentaverim, *sed integrae gentes in n. n. c.* nam alibi ita junguntur *terrae gentesque.* Cicero de Harusp. Resp. c. IX. *nec denique hoc ipso hujus* gentis *ac* terrae *domestico nativoque sensu Italos . . superavimus.*

Ibid. *et quod hodie exemplis tuemur, inter exempla erit.*] Plinius H. Nat. XXVIII. 9 *sunt* inter exempla, *qui asininum bibendo liberati sunt podagra chiragrave.* Seneca Epist. XCVIII. *Nos quoque aliquid ipsi faciamus, animose:* simus inter exempla. Solinus Polyh. c. IV. *Pom-*

ponium . . nunquam ructasse, *habetur* inter exempla. Similiter *in exemplis esse* dixit Plinius H. N. lib. II. 100.

Cap. XXV. *Laetaque haec in remp. munia multo gaudio Censoris inibantur.*] *Laeta in remp.* ut lib. XII. 8. *veniam exsilii pro A. Seneca . , impetrat*, laetum in publicum *rata* &c. lib. VI. 22. *ideo creberrime et* tristia in bonos, *laeta apud deteriores esse* . et c. 45. *millies sestertium ea munificentia conlocatum*, *tanto* acceptius in vulgum, *quanto* &c. et sic saepe *in vulgus*, pro vulgo, (in dativo) respectu vulgi. lib. III. 24. *ut valida divo Augusto* in remp. *fortuna*, *ita domi improspera fuit*, *ob* &c. quo loco non tentandum *in repub.* lib. II. 47. *asperrima* in Sardianos *lues plurimum in eosdem misericordiae traxit.* Mor. German. c. XXI. *recipitque satisfactionem universa domus*, *utiliter* in publicum, *quia periculosiores sunt inimicitiae juxta libertatem.* Sulp. Sever. H. S. I. 38. *multaque*, in domum *familiamque ejus execranda acciderunt.* Huc etiam refer, quae ad lib. I. 75. lib. VI. 24. et alibi.

Ibid. *Isque illi finis inscitiae erga domum suam fuit*]. Noli cum Acidalio conjectare *circa domum*: ejusdem enim usus particula *erga*. lib. IV. 20. *Ea primo Tiberio* erga *pecuniam alienam diligentia fuit* . aliaque addideram exempla, quae nunc leguntur in Indice. Ammianus XVI. 10. *fama . .* erga *haec explicanda quae Romae sunt*, *obsolescit.* Cicero Att. VIII. ep. 3. *Cum merita Pompeji summa* erga *salutem meam* &c. de Provinciis Consc. c. I. *virum . . in universam remp. tum etiam* er-

erga *meam salutem fide ac benivolentia singulari.* Orosius V. 6. *Sicilia . . insula et numquam* erga *statum suum juris idonei.* Hegesip. I. 36. *quod studium* erga *cultum adolescentis haberet.* Salvian. adv. Avar. IV. p. 232. *Si enim* erga *Dei cultum . . futurus est vigens.* Augustin. C. Dei XIX. 23. *quae dedecora* erga *deorum obsequium in theatralibus agebantur.* Epist. CCII. . . *continentia praedicetur et* erga *conjugale vinculum fides.* Vulg. II. Macchab. IV. 49. erga *sepulturam eorum liberalissimi extiterunt.* vide c. XI. 13. Ambrosium de Cain et Abel lib. II. 6.

Cap. XXVI. *abrumpi dissimulationem etiam ipse Silius, sive fatali vecordia, an imminentium periculorum remedium ipsa pericula ratus, urgebat*]. Acidalium particulam *sive* delentem, recte Erudit. Thomasius in lib. Tursellini redarguit gemino isto exemplo lib. XIV. 59. quod nunc ἀκρίβειαν Ernestii non subterfugisse video. Adde, sis, nostra observata ad Iustinum XXXII. 1. et Auctor. de c. corr. Eloq. c. V. *Abrumpi dissimulationem . . urgebat*, ut Juvencus Hist. Ecc. III. 61. urget *Joannis caput a cervice revelli.* et vs. 649 *tum debita fortius* urget *Persolvi.*

Ibid, *ne Silius summa adeptus sperneret adulteram*]. Licet non plane spernam, quod praetulit Rhenanus ex Bud. MS. (cui etiam Guelf. concinit) *summam adeptus*; aliorum tamen consensui in alteram scripturam potius obtemperandum existimo. lib. XII. 42. *nondum tamen* summa moliri *A. audebat* Histor. II. 82. *egregios viros et mox* summa adeptos. Livius

XXXV. 42. *si* summa *petantur, et dantem et accipientem praegravatura.* Pacatus Pan. c. XXI. *ne statim* summa *captemus.* Cassiodorus Var. I. 4. *hic est enim probatae conscientiae fructus, ut quamvis* summa *potuerit* adipisci, *judicetur tamen ab hominibus plus mereri.* Ammian. XVI. 6. *circumlatrabat Arbationem invidia, velut* summa *mox* adepturum, *decora cultus imperatorii praestruxisse.* Auctor de Caussis Corr. Cloq. c. X. *quod . . errare mavis et* summa adepturus, *in levioribus subsistis.* Vellej. II. 76. *qui natus obscurissimis initiis, parum habebat* summa *accepisse, et proximus a Caesare esse* . ubi alia.

Ibid. *Nomen tamen matrimonii concupivit, ob magnitudinem infamiae, cujus apud prodigos novissima voluptas est.*] *Prodigi* Ernestio sunt famae prodigi: sed nonne potius voluptatibus et luxuriae dediti, suae alienaeque fortunae pudicitiaeque prodigi, ut loquitur Vellej. II. 48?

Cap. XXVIII. *Sed in eo discrimen verti, si defensio.*] Ita Livius VIII. 27. discrimen *profecto rerum suarum in bello Samnitium eventuque ejus* verti.

Cap. XXXI. *Quibus fatentibus, tum certatim ceteri circumstrepunt, iret in castra*] Fallitur Ernest. cum nullo modo ferri hic posse ait particulam *tum*, ideoque *jam* substitui debere putat. Livius III. 19. *Pace parta, instare* tum *tribuni Patribus, ut* &c. lib. XXII. 11. *Ita rebus divinis peractis,* tum *de bello.. retulit.* vide Tursell. de Partic. Facile ceteroquin rescribi potest, *eum certatim c. c.* ut

Hist.

Hist. II. 44. *vallum ingressus clamore seditioso-rum et fugacium* circumstrepitur.

Ibid. *Satis constat, eo pavore offusum Claudium, ut identidem interrogaret*]. Agric. MS. non male, *eo pavoris effusum*. ut alibi apud nostrum, *in amorem, in adulationem effusus*. Sed nequaquam deserenda est reliquorum librorum scriptura, licet amicus Rykii conjiceret, *eo pavore suffusum*, aliusque V. D. (in R. Steph. Thesauro v. *offusus) eo pavore effusum*. Quamvis enim proprie ac saepius dicatur *offunditur mihi pavor, metus* &c. (vide supra c. 20. et alibi) dici tamen etiam potest, *offundor pavore, metu* &c. et *offundit me pavor, metus* &c. Paremque constructionis differentiam in verbis *obtendi, obduci, obdi, adspergi, circumfundi, circumdari, praetexi* aliisque animadverti innumeris apud Latinos licet. Valerius Max. II. 7: 6. *Nam oculos tuos certum scio, clarissima in luce* tenebris offusos, *ingens animi opus intueri nequivisse*. i. e. quibus tenebrae offusae sunt, ut loquitur lib. VII. 3: 9. Cicero de Fin. III. 14. *ut enim obscuratur et* offunditur luce *solis lumen lucernae*, &c. Seneca de Ira II. 35. *iram figuremus* . . offusam *multa* caligine, *incursitantem vastantem* &c. ubi frustra *offusa* malebat V. D. in Steph. Thesauro v. *incursito*. Lactant. VII. 24. Tunc *auferentur a mundo tenebrae illae*, quibus offundetur &c. vide de Ira Dei. c. I. 5. Obsequens de Prodig. c. CXXIV. *Cum* . . offundente (scil. eos) *nimborum caligine prohibentur transire*. ubi Heins. volebat

offundente se. u. c. sine caussa quidem sontica. Confer notata ad lib. III 54.

Ibid. *Valentem . . interrogantibus quid adspiceret, respondisse tempestatem ab Ostia atrocem: sive ceperat ea species, seu forte lapsa vox in praesagium vertit*] Ernestius *sive ceperat* sic intelligit, ut subaudiatur *animum ejus*. Ego mallem *sive coeperat ea species*, i. e. exorta erat. Sed ambigo.

Cap. XXXII. *Non rumor interea, sed undique nuntii incedunt, qui . . afferrent*]. Freinshemio videbatur legendum *incidunt*: sed non postferendum alterum. lib. I. 5 *quippe rumor* incesserat, . . *Augustum . . Planasiam vectum* &c. lib. VI. 23. *quia rumor* incedebat, *fore ut . . conciliaretur Caesar*. sic lib. II. 55. extr. Histor. IV. 54. incesseratque *fama, primores* &c. confer ad lib. XIV. 22. et lib. XV. 27.

Cap. XXXIII. *Ac ne . . ad poenitentiam a L. Vitellio . . mutaretur*]. MS. Guelf. *invitaretur*, pro *mutaretur*, quod tamen placuit Tacito etiam lib. VI. 36. Hist. IV. 37. et alibi. *Mutari ad misericordiam*, Livius XXIV. 26. *ad vera*, noster Hist. V. 13 *ad bona*. Ruffin. H. Eccl. IV. 15.

Cap. XXXIV. *Et jam erat in adspectu M. clamitabatque, audiret . . matrem; cum obstreperet accusator*]. Nil sane cogit rescribi *cum obstrepere a.* licet infinitivi illius usus sit legitimus, ut in vindicando Lactantio M. Persec. c. XVII. pluribus ostendimus. Erratque Freinshemius, quod negat particulam

cum,

cum, in hoc orationis nexu, cum imperfecto subjunctivi; construi. lib. XII. 68. *votaque pro incolumitate principis . . nuncupabant*; cum *jam exanimis vestibus et fomentis* obtegeretur, *dum res* &c. lib. XIV. 64. *Paucis dehinc interjectis diebus mori jubetur*; cum *jam viduam se . .* testaretur, &c. lib. XVI. 5. *quique . . advenerant, neque adspectum illum tolerare, neque labori inhonesto sufficere*; cum *manibus nesciis fatiscerent*, *turbarent gnaros* &c. Hist. I. 39. *Iam Marius Celsus haud laeta retulerat*; cum *alii in palatium ire . . plerique rostra occupanda* censerent . lib. II. 52. *conviciis . . initium caedis quaerebant*; cum *alius insuper metus senatoribus* instaret, *ne* &c. Ita Cicero pro Cluentio c. IX. *dies nondum decem intercesserant*; cum *ille alter filius infans* necaretur . in Verr. V. 54. *Itaque . . concidit*; cum *illi nihilominus jacenti latera* tunderentur, &c. et infinita alibi exempla istiusmodi.

Cap. XXXVI. *sponte an coactus tam magna peccavisset, nihil referre*]. Quod Oxon. habet *tam magna patravisset*, se non spernere declarat Ernestius. Praeferendum certe non est . lib. XV. 21. Plura *saepe* peccantur, *dum demeremur* &c. Livius XXVI. 12. *quia* majora *in defectione* deliquerant, *quam quibus ignosci possent*. Lactant. III. 9. *Videmus*, *in tribus verbis quot et* quanta peccaverit. Vulg. II. Paralipom. c. XXXIII. 23. *et multo* majora deliquit. Cicero de Amic. c. XII. *ne existiment ita se alligatos*, *ut ab amicis* magna aliqua *in rempub.* peccantibus *non discedant* .

Sic enim illic legendum videtur potius, quam *magna aliqua re in remp. p.* Idem peccare *eadem, multa* &c. alibi dixit.

Cap. XXXVII. *denunciatque centurionibus et tribuno, qui aderant, exsequi caedem: ita imperatorem jubere.*] *Exsequi* pro ut exsequantur. Hegesipp. I. 14. denunciat *Scaurus Hyrcano regique Arabiae* discedere *ab obsidione*. adde quae ad lib. XV. 25.

Ibid. *cum impetu venientium pulsae fores.*] Frustra Heinsius *irruentium*, quoniam *venire* sic passim valet irruere vel, cum impetu venire. V. Agric. c. XXXVII. *ni . . . equitum alas . . . venientibus opposuisset, quantoque ferocius accurrerent, tanto acrius pulsos in fugam disjecisset.* Adi quae Burmann. et Duker. ad Phaedri Fab. XXI. et Flori III. 8. Neque porro cum viro laudato *impulsae* rescribi opus est pro *pulsae*. Terent. Adelph. V. 3: 2. *quisnam a me* pepulit *tam graviter* fores? Nos *tegen de deur aanbonzen*. confer ad Hist. III. 25.

Cap. XXXVIII. *ictu tribuni transfigitur.*] Lipsius malebat *transigitur*, ut *gladio, ferro transigere* lib. II. 68. et lib. XIV. 9. et 37. Sed absque libris nihil movendum. Dictys Cret. IV. 11. *Quo . . procurrens adversus hostem, per utrumque latus geminato* ictu transfigit. Sic Livius aliique.

LIBRO DUODECIMO.

Cap. I. *Suam quaeque nobilitatem, formam, opes contendere, ac digna tanto matrimonio ostentare*]. Recte Flor. et Guelf. codex cum ed. Puteolani. aliorumque, *ac dignam tanto m. o.* dixi ad lib. I 35. Pro altero tamen lib. XIII. 46. *Illum animo et cultu magnificum: ibi se summa fortuna digna visere.*

Cap. II. *haudquaquam novercalibus odiis usura in Britannicum et Octaviam*]. Ex eo, quod habet regius et Agr. codex *visura Britannicum et O.* Heinsius, applaudentibus aliis, fingebat *nov. odiis ursura B. et O.* Ego vero vulgatae lectioni palmam incunctanter defero. Ovidius Trist. III. 8. extr.

At quoniam semel est odio *civiliter* usus,
Mutato levior fit fuga nostra loco.

Sic *clementia uti in captos*, Nepos Alcib. c. V. nec immerito insolentia participii *ursura* faciebat, ut dubitaret Ernestius.

Cap. III. *Juvenemque et alia clarum, insigni triumphalium et gladiatorii muneris magnificentia protulerat ad studia vulgi.*] Damnare Pichena non debuit, quod edd. vett. cum MS. Guelf. exhibent *j. et alias clarum*; nam *alias* ita pro extra vel praeter illud, venit lib XVI. 1. *aut reges Numidarum; et aliàs infensos, cupidine auri ad bellum accenderentur.* Nec multum differt in his Sulp. Severi Dial.

III. 11. *Maximus Imperator*, alias *ſane bonus*, *depravatus conſiliis ſacerdotum*, &c. Solin. Pol. LXV. p. 192. *Est et Eale* alias *ut equus cauda vero Elephanti*. Prudent. Hamart. 363.

Ut genuit David, alias *pater optimus*, *unum Crimen Abesſalon*.

vide et Perizon. ad Sanct. Min. I. 17. Similis interdum uſus τῦ *alioquin*. Hiſt. III. 32. *ditem* alioquin *coloniam*, *majorum opum ſpecie complebat*. Valer. Max. II. 2. fine: *quo tam ſalubri facto vir* alioqui *bellicis operibus excellens*, *Maximus cognominatus est*. Vide et in Frontin. Strat. I. 11: 10. obſervata. An vero ſic uspiam apud noſtrum occurrat *alia*, vehementer dubito. Porro quia non in ſingulari *inſigne triumphalium*, ſed plur. *inſignia*, dicere ſolet Tacitus, aut plenius *per inſignia t.* legunt viri docti, aut *inſigni* pro adjectivo habent, referuntque ad *magnificentia*. Mihi, cum in ſuis libris legeret Lipſius, quod etiam in edit. prima exſtat, *inſignia triumphalium*, legendum forſan in ſequentibus videtur, vel *inſignia triumphalium et g. m. magnificentia*. ut lib. II. 52. *et decrevere patres* triumphalia *inſignia*.

Ibid. *In animo principis*, *cui non judicium*, *non odium erat*, *niſi indita et juſſa*.] Vaga nimis ac generalis ſignificatio videtur vocis *indita*, ideoque cum Mureto et Acid. malim *indicta et juſſa*. At ſic oritur, inquit V. D. tautologia. Non alia ſane, quam quae auctori noſtro peruſitata, ut quibusdam exemplis

plis jam monstravimus ad lib. IV. 35. Ejusdem generis sunt: lib. XIV. 21. *sedes theatro . . consurgeret et strueretur* . ubi glossematis loco ista *et struere* habere non debuit Ernest. Sic *generari et nasci*, Hist. I. 16. *emendata et correcta*, ibid. 37. *defendere*, *tueri*, Mor. Germ. c. XIV. *connexa et cohaerentia*, c. XVI. *vicit ac supergressa est*, V. Agric. c. I. *fictum et compositum est* . c. XL. *posteritati narratus et traditus*, c. XLVI. *abiit jam et transvectum est tempus*, Hist. II. 76. *verterat se transtuleratque*, lib. IV. 11. adde quae ad Ann. XV. 64. et Vit. Agric. c. XLV.

Cap. IV. *Serere crimina in Silanum.*] Malebat cum MSto Rhenanus *ferre c. i. S.* non ego. Livius XXIV. 23. *nunc etiam infimae plebis homines* crimina serebant in *senatum optimatesque*. Sic *serere rumores*, *certamina*, *praelia*, apud nostrum, Sallust. alios. Adi etiam commentatores ad Silium VIII. 266. Nunc etiam *serere* placuit Ernestio.

Cap. V. *Summamque reip. agi.*] Emendationi doctorum, *summam remp.* legentium, favet quidem quamvis obscuriuscule MS. Florentinus; sed nec alterum minus Latinum, ut luculente probavit Erud. Is. Valkenaerius ad Cicer. Famil. XIII. ep. 68 et Cl. Cortius ad eundem locum. Et sic *summa rerum*, *imperii*, *belli*, *expeditionis* &c. apud Tacitum ceterosque optimos. Consuls et hic Ernestium.

Cap. VI. *Statueretur imo documentum, quo uxorem Imperator acciperet.*] Nimis argute Pi-

Pichena *acciperet* interpretatur, *non arriperet sed acciperet*, cum haud dubie simpliciter valeat *duceret*, *sibi acquireret*. ut lib. VI. 20. *sub idem tempus . . Claudiam*, *M. Silani filiam*, *conjugio* accepit. Hyginus Fab. CLXVIII. *impetratas sorores patrueles* acceperunt *uxores*. Vulg. Genes. VI. 2. acceperunt *sibi uxores ex omnibus*, *quas elegerunt*. Caesarius Homilia X. *Et si virgo esse non potest*, *non ad hoc premitur*, *ut uxorem non permittatur* accipere. Sic Sulp. Sever. H. S. I. 8. 11. et 28. Pro *quo* cum Lipsio et Gron. legendum *quomodo*, nisi explicari forte possit ex quo, ad vel juxta quod, *ut hoc exemplo*, Sallust. Catil. c. LI. 36. *eo signo*, c. XLIII. 1. *ea imagine*, lib. XI. 4.

Cap. X. *Non se foederis ignaros*, *nec defectione a familia Arsacidarum venire*, *sed filium Vononis*, *nepotem Phrahatis*, *arcessere adversus dominationem Gotarzis*.] Incongruum puto, quod Rhenanus aliique ex MSStis legunt *accedere* pro *arcessere*, quod jam ediderat Puteolanus, quoque adscito, verba haec *sed filium* &c. longe aptiore nexu subjiciuntur praecedentibus *non se* — *venire*. Et friget hic plane *filium V. accedere* pro partibus filii V. accedere.

Cap. XI. *Ut non dominationem et servos*, *sed rectorem et cives cogitaret*.] Meliori ἀντιθέσει legeres, *ut non dominatorem et servos*, *sed rectorem et c. c.* quamquam sine libris nihil attentaverim. Confer Justin. XLII. 4. *Sed Orodes plus hostem*, *quam fratrem* cogitans, *in conspectu suo trucidari eum jussit*. et lib. XIX.

XIX. 2. *ut hoc metu ita in bello imperia cogitarent, ut domi judicia legesque respicerent*. ubi v.

Ibid. *Clementiamque ac justitiam, quanto ignara barbaris, tanto toleratiora capesseret.*] Nimis insolens illud *toleratiora*, vixque dubito quin *tolerantiora* dederit Tacitus, ut *intolerans* pro intolerabili, est lib. III. 45. et lib. XI. 10. nec non, ut notat Gronov. Obs. I. 14. apud Gell. XIX. 7. et Flor. IV. 12: 36. ubi lege quoque Dukerum. Adde quae de talibus adjectivis Drakenborchius ad Silium II. 98. et nos ad Hist. I. 34. *Tolerantiora* dixit, quasi praecessisset *clementia et justa imperia.*

Cap. XIII. *Exin nivibus et montibus fessi.*] Metonymia elegans. V. Agric. c. XXXIII. *cum vos* paludes *montesve et flumina fatigarent.* Cicero pro Plancio c. X. *quod fessum inedia* fluctibusque *recrearent*. II. Catil. c. X. *quo autem pacto illi Apenninum atque illas pruinas ac* nives *perferent?* Plinius IV. ep. 11. *se comitium et* virgas *pati nolle.*

Cap. XV. *Relictos in novo regno Cotyn juventa rudem*] Cave amico Rykii credas legendum *juventae rudem.* Tib. III. 8. *incallidus alioqui et facilis* juventa. lib. IV. 23. *Jubae filio* juventa *incurioso*. Hist. IV. 68. *spe ac* juventa *properus.* Hegesipp. V. 19. *filius* . . juventa *alacris*. c. 20. *Titus* . . *audex* juventa.

Cap. XVI. *Ac ni nox praelium diremisset, coepta patrataque expugnatio eundem intra diem foret.*] Sallust. Jug. c. XXI. 2. *et ni multitu-*

tudo togatorum fuisset, . . uno die inter duos reges coeptum *atque* patratum *bellum foret.*

Cap. XVII. *Postero misêre legatos, veniam liberis corporibus orantes: servitii decem millia offerebant. Quod adspernati sunt victores, quia trucidare deditos saevum, tantam multitudinem custodia cingere arduum: ut belli potius jure caderent. Datumque militibus, qui scalis evaserant, signum caedis. Excidio Upsensium metus ceteris injectus.*] An ideo victores oblata Uspensium aspernabantur. quia illos, si se dederent, saevum, tantamque multitudinem custodia cingere arduum nimis esset? Nugae merae. Tu mecum sic distingue ac lege: *Quod aspernati sunt victores. Quia trucidare deditos saevum, tantam multitudinem custodia cingere arduum, ut belli potius jure caderent, datum militibus . . signum caedis.* Saepe conjunctio *quia* sic inchoat periodum, pro *quia autem*, vel *ut quia*, ut observavit ad Sallust. Jug. 65. Wassius, et Cortius ad ejusdem Catil. c. XVIII. 8. quae tamen forma criticis aliquoties cum librariis erroris caussa fuit. confer ad lib. II. 34. Sic lib. XIII. 48. *Cumque* &c. *C. Cassius adhibendo remedio delectus.* Quia *severitatem ejus non tolerabant, precante ipso ad Scribonios fratres ea cura transfertur.* Hist. V. 15. *minor tamen quam pro tumultu caedes*. quia *non ausi egredi paludem Germani, in castra rediere.* Livius VII. 17. *et . . populi jussu triumphavit. Quia alter Fabius bello retinebatur, res ad interregnum redit*. lib. III. 47. *Quem decreto sermonem praetenderit, forsan aliquem verum au-*

cto-

ctores antiqui tradiderint. Quia *nusquam ullum . . verisimilem invenio, id quod constat nudum videtur proponendum.* Sic lib. XXXVIII. 28. Florus I. 1. *Itaque matrimonia a finitimis petita. Quia non impetrabantur, manu capta sunt.* Hegesipp. III. 16. *Hortabatur armigerum suum dicens, percute me, ne . . illudant me.* Quia *armiger timuit, ipse se gladio transverberavit.* Nepos Eum. c. VII. *Itaque . . bellum adv. Antigonum comparavit.* Quod *una erant Macedones complures . . invidiam verens.* &c. ubi *autem* injiciendum merito negabat Bosius. S. Severus H. S. II. 23. *Rex petit pacem* . quia *infido ingenio male usus, perfidiam consecuta ultio* . quem locum frustra sollicitant. Adde quae in Histor. I. 13.

Cap. XVIII. *Ad Eunonem convertit, propriis odiis infensum, et recens conjuncta nobiscum amicitia validum.*] Recte monuerunt, sensu flagitante legendum *p. odiis nullis infensum*, aut potius cum MS. Agric. *p. odiis non infensum.* Mihi in mentem veniebat *p. odiis inoffensum*, qua voce utitur Tacit. lib. XIII. 30. *cui . .* inoffensa *tot imperatorum malitia fuit* . Hegesipp. V. 44. *Sed ubi parietes* inoffensa *ab ictu arietum mole sua viderunt manere*, &c. Postmodum etiam vidi, eandem in conjecturam incidisse Jac. Gronovium, adducto loco ex lib. I. 56.

Cap. XIX. *Sed ne triumpharetur, neve poenas capite expenderet.*] Silius Ital. VI. 587.

nimium vivacis dura senectae
Supplicia expendi

cum

cum n. Dausqueji et Drakenb. In Florent. et Agric. exſtabat *neve poenas capite exciperet*: pro quo Amicus Rykii tentat *n. p. c. exigerent.* Sed ita Quinctil. declam. CCLXXIV. *eas* poenas *adverſus tyrannum conſtituere*, *quas posſit* excipere *in vita.* Hegeſipp. III. 3. *Indignum certe videri*, *ut eo* poenam exciperet, *quia melius conſuluisſet.*

Cap. XX. *meritum quidem novisſima exempla Mithridatem.*] Sic, obſervante Pichena, lib. XV. 44. *adverſus ſontes et novisſima exempla meritos.* Addatur Livius XXXVIII. 43. *et omnia* exempla *belli edita in ſe*, *caedibus*, *incendiis*, etc. Caeſar Gall. I. 31. *et in eos omnia* exempla *cruciatusque edere*. ibique Intt.

Cap. XXII. *Qui objiceret Chaldaeos*, *Magos*, *interrogatumque.*] *Objicere Chaldaeos*, *Magos* eſt uſum Chaldaeorum, Magorum. Parili metonymia Aſconius Ped. p. 151. *Fabia v. V. causſam inceſti dixerat*, *cum ei* Catilina objiceretur. Cicero pro Murena c. V. Objecta *eſt enim* Aſia, *quae ab hoc non ad voluptatem et luxuriam expetita eſt*, *ſed in militari labore peragrata.* Philipp. Or. II. c. XV. Caſtra *mihi Pompeji atque omne illud tempus* objeciſti. Livius XL. 15. Romanos objicis *mihi . . mihi cum Romanis amicitiae causſa tu fuiſti pater*. quem locum jam attulisſe recordor ad illum Juſtini XXVIII. 2. Poenos *illis et* Gallos . . *exprobrantes*. i. e. cladem ab illis illatam.

Ibid. *Unde vis Agrippinae citra ultima ſtetit.*] *Ultima*, *novisſima*, *extrema*, pro exitio. infra

fra c. 67. *quando* ultima *timebantur, spreta praesentium invidia* lib. VI. 50. *Caesar in silentium fixus a summa spe* novissima *exspectabat*. lib. XV. 59. *post domi secretus animum* adversum suprema *firmabat*. Histor. IV. 59. *famem, ferrumque et* extrema *passuros*. Curtius lib. III. 1. *qui denunciaret, ni dederent, ipsos* ultima *esse passuros*. et lib. IX. 9. *famem et* ultima *sibi ominabantur*.

Cap. XXV. *Adoptio in Domitium auctoritate Pallantis festinatur.*] *In Domitium* pro in Domitio, circa Domitium, quomodo *venenum in Pyrrhum*, lib. II. 88. *mandata in Germanicum*, lib. III. 16. *dona in promtos*, lib. VI. 1. *nova in fratrum filias conjugia*, lib. XII. 6. Cicero in Verr. III. 10. *Quid est hoc? utrum praetoris institutum* in socios, *an* in hostes *victos insani edictum atque imperium tyranni?* lib. IV. 41. *quod* in hominem *innocentem . . singulare supplicii genus excogitavit*. et ibid. *tibi Marcelli statua pro patibulo* in clientes *Marcellorum fuit: tu ex illius honore* in eos *ipsos . . supplicia quaerebas*. Et alia de hoc usu praepositionis ad lib. VI. 24. lib. I 78. et saepius.

Cap. XXVI. *Quibus patratis, nemo adeo expers misericordiae fuit, quem non Britannici fortunae moeror afficeret.*] Tentari se legere, ait Ernestius, *fortuna moerore afficeret*, quamvis vulgatum ferri posse, licet durius, agnoscat. Recte sane dici videtur *moeror fortunae*, ut Ovidius Trist. III. 11: 37.

Carnifici fortuna *potest mea flenda videri:*
Te tamen est uno judice moesta *parum.*

Tristem fortunam dixit idem Epist. III. 43. Atque ita *moestum* pro miserabili lib. I. 61. et lib VI. 7. ac saepius reperias: ut et *moerorem* pro miseria, lib. VI. 27. Nec raro sic iidem casus junguntur, ut duplex iste genitivus in his, *Britannici fortunae moeror;* quod pluribus monuimus ad Cicer. Tusc. IV. 6. Vellej. Pat. I. 12. et Justin. XII. 16. Sic lib. XIII. 16. Agrippinae . . *ea consternatio* mentis . . *emicuit, ut* &c. lib. XI. 33. *non aliam spem* incolumitatis Cæsaris *affirmat, quam si* &c. ubi vir laudatus forte melius esse putat *Caesari*, quod mihi non videtur. V. Agric. c. XXX. *hodiernum diem.. initium* libertatis *totius* Britanniae *fore.*

Ibid. *Neque enim segnem ei fuisse indolem ferunt; sive verum, seu periculis commendatus, retinuit famam sine experimento.*] Optimo jure vindicat Lipsius illud *sive verum*, i. e. sive hoc est verum, de qua ellipsi ad lib. XV. 74. et alibi. Sic V. Agric. c. XL. *eumque . . ne appellato quidem eo ad Domitianum remeasse:* sive verum istud, *sive ex ingenio principis fictum ac compositum est.* Mor. German. c. XXXIV. *et superesse adhuc Herculis columnas, fama vulgavit:* sive adiit Hercules, *seu quidquid ubique magnificum est, in claritatem ejus referre consuevimus.*

Cap XXIX. *Prima imperii aetate clarus acceptusque popularibus; mox diuturnitate* J. Ma-

Malim *carus acceptusque popularibus*. ut Sallust. Jug. c. LXX. *hominem nobilem, magnis opibus*, carum acceptumque popularibus. ubi omnino consulantur intt. Saepius ista quoque junxit Sulp. Sever. cum aliis.

Ibid. *Nam vis innumera, Ligii aliaeque gentes adventabant*]. Tali appositione lib. IV. Hist. 39. *Et tertia legio, familiaris A. Varo miles. in Syriam remissa*. Lib. V. 16. *attamen fusos Germanos, quod roboris fuit*. i. e. ex Germanis. Virgil. Aen. IX. 132. *tot millia gentes arma ferunt Italae.* Sic enim recte legitur, cum alii velint *gentis*. Livius XXIV. 42. *annuli aurei, torques armillaeque, magnus* numerus. lib. XXXVIII. 16. *Hi Galli, magna vis hominum . . in Dardanos pervenerunt*. Sic c. 20. et lib. XXXIX. 5: 16. et alibi. Justinus XXXVIII. 4. *Cimbros, immensa* millia . . *populorum* . . *inundasse Italiam*. Videatur et Perizon ad Sanct. Min. IV. 8: 1.

Cap. XXXI. *At . . propraetorem turbidae res excepere*]. Hist. V. 10. *bellum . . opprimere coeptantem Cestium . . varia praelia . .* excepere. Vellej. II. 55. *Victorem belli Africani C. Caesarem gravius* excepit *Hispaniense*. Livius XL. 22. *quantum in altitudinem egrediebantur; magis magisque . . invia loca* excipiebant. Cicero de clar. Orat. c. XCII. *Interim me quaestorem Siciliensis* excepit *annus*. Plinius VI. ep. 15. *Mirificae rei non interfuisti; ne ego quidem, sed me recens fabula* excepit. Curtius VI. 2. *ut primum instantibus curis laxatus est animus, . .*

 ex-

excepere *eum voluptates.* Sic lib. VIII. 2. Caesar B. Civ. I. 21. *quid Lentulo, quid reliquis accideret, qui quosque eventus* excipe-rent. Ruffinus H. Eccl. VI. 29. *quanta adv. Originem gesta sint . . quique exitus eum* susceperit . . *ex ipsis . . horum notitiam sumet.* Confer notam ad Hist. III. 34.

Ibid. *Ille . . citas cohortes rapit; et caesis, qui restiterunt, disjectos consectatus . . detrahere arma suspectis . . parat*]. Latinitate, ut putabat, postulante reponit Ernestius, *qui restiterant;* quum si ad praecedentia ista *rapit* et *parat* respicias, elegantius sit illud perfectum *restiterunt*, quamvis talium incuriosum passim inveniamus Tacitum cum omnibus aliis, ut multoties ostendimus . vide ad lib. XIII. 1. et alibi.

Cap. XXXII. *colonia . . deducitur in agros captivos*]. Loco hoc vindicavimus illum Iustini XLIII. 3. *in* captivis agris *multas colonias constituerent.* Sic Sallust. Fragm. IV. 4. *Attalum custodem* agri captivi . . *miserrimum servorum effecere.* Livius II. 48. captivum agrum *plebi quam maxime aequaliter darent.*

Cap. XXXIII. *Ut cuncta nobis importuna, et suis in melius essent.*] Ut alibi dicitur *esse in rem, esse bono,* ita hic *in melius esse.* Infra c. 39. *earum robore aequata pugna, dein nobis* pro meliore *fuit.*

Cap. XXXIV. *Illum diem, illam aciem testabatur aut recipiendae libertatis aut servitutis aeternae initium fore*]. Aliud agunt Lipsius et Acidal. dum contra librorum fidem ex-

pel-

pellere tentant τὸ *initium*, i. e. causſam, occaſionem. Hiſt. IV. 4. *Isque praecipuus illi* dies *magnae offenſae* initium *et magnae gloriae fuit.* V. Agric. c. XXX. *Magnus mihi animus est; hodiernum* diem *conſenſumque veſtrum* initium libertatis *totius Britanniae fore.* Salluſt. Jug. c. XLIX. *Illum* diem *aut omnes labores et victorias conſummaturum* (male vulgo *confirmaturum*) *aut maximarum aerumnarum* initium *fore.* Juſtinus XLI. 4. *quem* diem *Parthis exinde ſolennem*, . . *velut* initium libertatis *obſervant.* Pacatus Paneg. c. III. *De te igitur mihi ſermonis hujus auſpicium erit ille* felicitatis *publicae* auceps dies, *qui* &c. Oroſius III. 1. *Athenienſibus vero haec eadem* pugna initium *recuperandae potentiae* . . *fuit.* vide etiam infra lib. XIII. 45. lib. XIV. 12. lib. XVI. 10.

Cap. XXXV. *Poſteaquam facta teſtudine* . . *ſaxorum compages diſtractae, parque cominus acies*]. Non exputo, cur amicus Rykii vellet *acta teſtudine.* Livius XXXI. 39. *deinde* . . *partim* teſtudine facta, *per adverſos vadunt hoſtes*. lib. XXXIV. 39. *Sublatis deinde ſupra capita ſcutis* . . teſtudine facta, *ſubibant.* Ita lib. XLIV. 9. &c.

Cap. XXXVII. *Ipſa ſemet parti a majoribus ſuis imperii ſociam ferebat*]. i. e. verbis rebusque profitebatur. lib. I. 2. *poſitoque triumviri nomine*, *conſulem* ſe ferens . . *inſurgere paullatim* &c. Hiſt. IV. 10. *proditor corruptorque amici et cujus* ſe *magiſtrum* ferebat. et c. 13. *et Sertorium* ſe *aut Hannibalem* ferens. Coelius Cicer. Famil. VIII. ep. 4. *Sed ut*

spera et volo, *et ut* se fert *ipse*, *bonos et senatum malet*. Valer. Max. IX. 15. 4. *Quid Treb. Calca quam adseveranter* se *Clodium tulit*. Apuleius Metam. V. p. 94. *Fortasse* . . *deam quoque illam Deus maritus efficiet* . *Sic est Hercules*: *sic se gerebat* ferebatque . ubi Heinsio (ad Ovid. Met. V. 348.) rescribenti *efferebatque*, non accesserim. Et mecum sentire video Oudendorp . ad Sueton. Vespas. c. XXIII . *ingenium se* . . *coeperat* ferre. Sedulius Carm. III. 323.

Celsior est humilis, *cunctisque potentior ibit*,
Qui cunctis subjectus erit, seseque *minorem*
Demissa cervice feret.

Sic enim, pro vulgato *gerit*, ex Lipsiensi MS. non male legit Cellarius cum Fabricio . Adde Virgil. Æn. IV. 11.

Cap. XXXVIII. *prosperis ad id rebus ejus*]. *Ad id*, pro ad id tempus. Livius IX. 15. initio: *gens dubiae* ad id *voluntatis* . Ita *Ex eo*, supra V. 3. Vellej. II. 102. *Ex illo*, Virgil. Æn. II. 169. Hegesipp. II 5. Nazarius Pan. c. XXXV. in . Augustin. C. Dei XVI. 15. et XVIII. 45. *Ex hoc*. Vulg. Joann. Euang. VI. 67. *Ex hoc* . Vulg. Joann. VI. 67. *Ex quo*. Tertull. Apol. c. X. *ab illo*, Lactant. I. 10: 3. *ab hoc*. de M. Persec. c. XXVI. quod sollicitandum non fuit.

Ibid. *sive quod amoto Caractaco*, *quasi debellatum foret*, *minus intenta apud nos militia fuit*; *sive hostes miseratione tanti regis acrius ad ulti-*

tionem exarsere]. Licet post posterius *sive* non repetatur *quod*, illud tamen ideo post antecedens *sive* tollere MSti fide necesse non habuit Jac. Gronovius. Sic enim Hist. I. 9. seu quia *procul et oceano divisae*, seu *crebris expeditionibus doctae hostem potius odisse.*

Ibid. *nec multo post pabulantes nostros . . profligant. Tum Ostorius cohortes expeditas exposuit: nec ideo fugam sistebat, ni legiones praelium excepissent.*] Ineptum illud *cohortes expeditas exposuit* hîc esse bene oderatus Ernestius, in emendandi ratione tamen scopum, ut mihi quidem videtur, non tetigit, dum legitimum verbum esse dicit *submisit*, ac tolerabilius fore *expromsit*. Ego omnino emaculaverim *cohortes expeditas opposuit*, nempe suos caedentibus ac profligantibus. Frontin. Strat. II. 3: 17. *turbaveruntque Macedonum instructuram. Qua cedente quum Sulla instaret, et Archelaus equitem* opposuisset, *R. equites subito emissi averterunt eos.*

Cap. XLII. *Nisi Agrippinae minis . . mutatus esset, ut accusatori aqua et igni interdiceret*]. Supra c. 36. *non atrocitate, non clementia* mutabatur, *quin bellum exerceret.* Addatur lib. I. 44. *Discurrunt* mutati, *et seditiosissimum quemque vinctos trahunt.* Hist. I 76. *nusquam fides et amor: metu ac necessitate huc illuc* mutabantur. Lactant. M. Pers. c. XXVII. *Et jam ceteri milites* mutabantur, *quum ille* &c. quae MSti lectio τοῦ *nutabant* permutari forte non debuit. Virgil. Æn. XII. 236.

Talibus incensa est juvenum sententia dictis
Iam magis atque magis, serpitque per agmina murmur.
Ipsi Laurentes mutati, *ipsique Latini*, &c.

Confer dicta ad lib. IX. 33.

Cap. XLIII. *Magnaque deûm benignitate, et modestia hiemis, rebus extremis subventum*]. *Modestiam hiemis* dixit pro moderatione. ut fere Palladius R. Rust. lib. III. tit. 25. de malis: *amant* modestas *rigationes*. lib. XI. tit. 14. *ex suprascriptis pulveribus quaterna cochlearia completa* modestius, *in denas vini amphoras mittes*. et sic lib. XII. tit. 7. Acidalius dum *et* ante *modestia* delendum ideo putat, quod ipsa hiemis modestia munus et benignitas esset deorum, parum memor erat, quod plus semel alibi monuit, Tacitum sic passim per Hendiadyn loqui. Ita sensus fere, ut si legeremus *m. d. benignitate, qua modesta tum hiems erat, r. e. s.* supra c. 34. *illum diem, illam aciem . . r. l. . . initium fore*, i. e. illius diei aciem. lib. II. 32. *quorum auctoritates adulationesque retuli, ut* &c. i. e. auctoritates adulatorias. lib. III. 16. *libellum . . litteras Tiberii et mandata in Germanicum continere:* i. e. T. mandata per litteras in G. c. 60. *ut mitterent . . jura atque legatos:* i. e. per legatos. lib. IV. 25. *se quisque ultione et sanguine explebant:* i. e. u. per sanguinem. lib. XI. 34. *Silium et nuptias referens:* i. e. nupt Silio. lib. VIII. 35. *duritiam coeli militiaeque . . abnuebant:* i. e.

i. e. militiam ob d. c. vide ibid. ad c. 19. Vis tamen aliquanto amplior, quam quae tali interpretatione exhauriatur, his formis plerumque inest. adi et quae ad Hist. I. 79.

Ibid. *sed Africam potius et Aegyptum exercemus, navibusque et casibus vita populi Romani permissa est.*] Dempsterus ad Rosin. Antiq. VII. 38. tentat, *navibusque et classibus v. p. R. p. e.* Sed alterum mihi elegantius videtur, in quo *casus* sunt discrimina maris. lib. XV. 46. *sed certum ad diem in Camp. redire classem Nero jusserat, non exceptis maris* casibus.

Cap. XLVI. *Igitur Pharasmenes juvenem potentiae promtae et studio popularium accinctum, . . aliam ad spem trahere.*] *Iuvenis promtae potentiae* est, cui promta paratave sit potentia, ex usu duriusculo genitivi, de quo ad lib. IV. 31. et XVI. 29. Haud male tamen Lipsius conjicit *p. promtum*, ut vocem *promtum* cum tali casu obviam videmus lib. IV. 46. lib. XI. 8. et 32. lib. XV. 45. et alibi: et Freinshemius *p. properum* vel *impotentiae promtae:* mallem *imp. praeruptae*, de quo adjectivo agimus ad lib. XVI. 7. Sed auctoritati librorum hîc obluctandum, non puto.

Cap. XLVI. *Ille . . secretis nuntiis monet Rhadamastum, oppugnationem quo quomodo celerare.*] Amicus Rykii volebat *celeraret;* quasi non cum infinitivo ita construeretur verbum *monere* lib. XIII. 37. lib. XV. 12. et 54. et 67. lib. XVI. 11. et 34. Histor. IV. 33. aliisque in locis. Adde quae ad lib. XII. 13.

Cap. XLVII. *Adjicit jusjurandum, non ferro, non veneno vim allaturum: ſimul in lucum propinquum trahit, proviſum illic ſacrificium imperatum dictitans, ut diis teſtibus pax firmaretur.*] Optime, ni fallor, vir doctus ad Phaedrum (notante hic A. Gronovio) legebat *ſ. in lucum propinquum trahit improvidum; illic ſacrificium i. d.* &c. *Improvidus* pro minus ſibi provido aque dolis cavente. Hiſt. II. 15. improvide *ſecutos converſi equites circumvenerunt.* In ſequentibus forte legendum *illic ſacrificium paratum.*

Cap. XLVIII. *plures tuta disſerunt; omne ſcelus externum cum laetitia habendum: ſemina etiam odiorum jacienda, ut.*] Tentant *p. t. d. monentes ſcelus e. c. l. h.* vel. *p. t. d. in commune, ſcelus e. c. l. h.* vel *p t. d. quippe* (vel *imo*) *ſcelus e. c. l. h.* Posſes ad hoc *p. t. d. omnino ſcelus* (ſcil hoc) *externum c. l. h.* Sed non video quid tantum deſideras in hoc vulgatae ſcripturae ſenſu, omne ſcelus, quo gentes exterae ſe invicem, non populum R. laedant, cum laetitia habendum, laete accipiendum, laetitia proſequendum Sic *habere cum cura*, lib. XV. 8. *habere cum honore*, Vulg. Philipp. II. 29.

Cap. XLIX. *ne ceteri quoque ex Peligno conjectarentur.*] Verbum *conjectare* ita cum accuſ. pro ablat. cum praep. *de* conſtruitur lib. I. 12. et 32. et lib. XIV. 51. Livius V. 21. *eventu rem conjectantibus.* Frontin. II. 5: 46. *conſpicati numerum arborum, et ex eo navium quoque* conjectantes, &c. Symmach. II. ep. 36. *de quo reliqua conjectes.* lib.

lib. VIII. ep. 48 *et fastidia aurium tuarum de stili brevitate* conjecto.

Cap LI. *Post festinatione continua ubi quasi uterus, et viscera vibrantur, orare ut morte.*] Heinsius legebat *ubi quatitur uterus*, ut sequitur *et viscera vibrantur*, non *vibrari*. Sed infinitivus, ut tralaticius pro indicativo, sic quoque per enallagen perusitatam cum indicativo conjungitur, ut pluribus ostendit Cort. ad Sallust. Catil. c. XXI Ex Tacito autem in loco huic maxime congrua exempla. lib. II. 4. *Sed* ubi minitari *Artabanus, et parum subsidii in Armeniis, vel . . bellum adv. Parthos sumendum* erat; *rector Syriae* &c. lib. III. 26. *At* postquam exui *aequalitas, et pro modestia ac pudore ambitio et vis* incedebat; *provenere dominationes* &c. lib. XIV. 5. *poenitentiam filii . . memorabat;* cum *dato signo* ruere *tectum . . pressusque Creperejus et statim* exanimatus est. Histor. III. 10. Ubi crudescere *seditio, et a conviciis et probris ad tela et manus* transibant; *injici catenas F. jubet*. c. 31. *mox*, ut praeberi *ora contumeliis, et posita omni ferocia cuncta victi* patiebantur; *subit recordatio* &c. ubi tamen *praeberi i. e.* debet forte construi cum sequente *patiebantur*. Iam etiam loci integritatem agnovit Ernestius.

Ibid. *Postremo violentia amoris et facinorum non rudis, destringit acinacem, vulneratamque ripam ad Araxis trahit: flumini tradit, ne corpus etiam auferretur.*] Putabat Ernest. scripsisse Tacitum *vulneratamque ripam ad Araxis flumini tradit*. Potuit aequo jure conjici *v.*

ri-

ripam ad Araxis, *torrenti* (vel *trahendam*) *flumini tradit.* Sed integra satis librorum scriptura, ac frequens concisior illa loquendi forma *flumini tradit*, pro, mox vel deinde flumini tradit, ut ad lib. II. 34. ut et Justin. XVIII. 4. et saepius ostendimus. vide etiam ad Hist. II. 4.

Ibid. *cultu regio habita est.*] Sallust. Jug. c. V. *Jugurthamque eodem* cultu, *quo liberos suos, domi* habuit . ubi plura.

Cap. LII. *Neque tamen exuli longa posthac vita fuit: morte fortuita, an per venenum exstinctus esset, ut quisque credidit vulgavere.*] Mollius foret meliusque, *morte fortuita aut per venenum exstinctum esse*, *ut q. c. v.* et *exstinctum esse* habet Agric. codex.

Cap. LIV. *quo studia accusantium deterrerentur.*] Malis forsan *detererentur* . ut Hist. II. 76. *Siquid ardoris et ferociae miles habuit, popinis et comissationibus* . . deteritur. Attamen ut *hortari*, *cogere*, *perpellere aliquid* pro ad aliquid, ita et *deterrere aliquid* pro ab aliquo, satis Latine dr. Livius IV. 24. *ut* vis *a censoribus nullius auctoritate* . . deterreri *quiverit.* Cicero Offic. II. 18. *eumque injuriam in* deterrenda liberalitate *sibi etiam fieri, eumque qui facit communem hostem tenuiorum putant* . ubi Camerarius legebat *in deterenda l.* Horat. I. od. 16.

Tristis ut irae; quas *neque Noricus*
Deterret *ensis*, *nec mare* &c.

Ovidius Met. VIII. 766.

ali-

aliquisque ex omnibus audet
Deterrere nefas, *saevamque inhibere bipennem.*

Cap. LVI. *Structo cis Tiberim stagno.*] Aur. Victor in Caesar. c. XXVIII. initio: exstructoque *trans Tiberim* lacu, *quod eam partem aquae fatigabat, annum* &c.

Ibid. *Pugnatum, quamquam inter sontes, fortium virorum animo.*] Cur Abr. Gronovius cum Bodl. MS. velit *quamquam inter insontes*, vel alioquin *tanquam inter nocentes*, nondum satis caussae video.

Cap. LVII. *gladiatorum spectaculum editur.*] Amico Rykii placebat *gladiatorium sp. ed.* verum ut saepe hoc modo, ita illo loquitur Tacit. lib. IV. 62. lib. XIII. 31. lib. XI. 22. Hist. II. 67. et 71. et lib. III. 32.

Cap. LX. *Eodem anno saepius audita vox Principis, parem vim... Ac ne fortuito prolapsus videretur, senatus quoque consulto cautum plenius quam antea et uberius.* Forte legendum *Ac* (vel. *Hoc*) *ne fortuito prolapsum videretur*, &c. Cicero pro Fontejo c. IX. *ne quod minus moderate positum, ne quod ab aliqua cupiditate* prolapsum *verbum esse videatur.*

Cap. LXII. *Quando ea loca insiderent, quae transmeantibus . . simul vehendo commeatu opportuna forent.*] Potuit a Tacito venisse, ut ad Vellej. II. 113. conjecit Heinsius, disserteque exhibet MS. Agricolae, *subvehendo commeatu.* Sic lib. XV. 4. *et provisi ante* commeatus, *quorum* subvectu *pauci avidius progressi:* &c. Livius III. 23. commeatum

a

a Roma consul Cornelius subvectus. vide et lib. IX. 23. Sed nec simplex hic vituperandum. Hegesipp. V. 21. extr. Vehebant *materiam milites*. *spe victoriae solantes laborem*. Confer adscripta ad lib. II. 85.

Cap. LXIV. *Nam Lepida blandimentis et largitionibus juvenilem animum devinciebat, truci contra ac minaci Agrippina, quae filio dare imperium, tolerare imperitantem nequibat*]. Invenusta plane ellipsi in his *quae dare imperium*, ex sequentibus *quibat* subaudiunt viri docti: magisque mihi Heinsii conjectura arridet. *truci contra ac minaci Agrippina: quae filio daret imperium, tolerare imperitantem nequibat.* Concisior iterum, ut c. 51. et passim, oratio, pro pleniore, *quippe*, *quae* (i. e. cum) *filio daret imperium*, *t. i. nequibat*, vel *quae*, *cum filio daret imperium*, *t. i. n.* Nihil, ut saepius inculcavimus, tali pronominum aut conjunctionum defectu usitatius. Posses ceteroquin etiam divinare *quae filio cum daret imperium*, &c. 1. 2. quae cum f. d. i.: quali trajectione cum saepius utitur noster, tum lib. IV: 71. *quae florentis privigno cum per occultum subvertisset*, *misericordiam* &c. Nepos Hann. c. VI. *In colloquium* cum *venit*, *conditiones non convenerunt* . ubi male legitur *convenit*: vide ad Sulp. Severum Dial. I. 15: 4.

I N-

INDEX.

Auctorum veterum, qui in his Actis emendantur, corriguntur, vindicantur, vel illustrantur & explicantur.





